ait Hugo, repetimus creationis nostræ tùm dignitatem, tùm utilitatem, tùm prævaricationem: vel, ut alii, prima quasi principia legis naturæ, quæ sunt Dei mandata. Sed nonnulli etymon litteræ י *jod* assignant, quasi à manu, quæ vocatur יד, *jad* ponitur que in versu istius octonarii, idque quatenus idem nomen accipitur pro spatio, quia ob exiguitatem spatium vacuum relinquit. Quidni à sono pergit sic appellatam dicere, quid de præcedentibus hanc rationem reddit *a*? Ut libet quisque asserat. Vincentius Ciconia obiervat hanc esse ineffabili Dei nomine litteram primam & simplicissimam ejusdem significare divinitatem: quia punctum est, quod in partes non dividitur, & ab illo lineæ cunctæ incipiunt: in id rursus dicuntur, ac terminantur: secat omnes, nullam admittens sectionem, quemadmodum à Deo, in Deo, per Deum sunt omnia, & ad ipsum trahuntur. Item quod sit nota denarii, quam δεκάδα nominant: quod δέχομαι comprehendit omnes numeros conflatos ex uno, duobus, tribus, quatuor. Nimis præcisa ratio de peccato mathematicè sumto, quale non est litteræ *b* *jod*.

Manus tua.) Hilar. & Ambros. per plures *manus* volunt innui magis exactum, & perfectum hominis opificium esse, ac majore quasi labore, arteque confectum à Deo, utpote *ad imaginem, & similitudinem Dei b*: justo etiam Angelo eidem homini ministrare: nec ambabus quidquam aliud manibus, præter hominem à Deo confectum scribi, sed apud Etiam *c* cœlum una dumtaxat, *Ego manu mea solidavi cælum*. Concedo prærogativam hominis, præsertim propter incarnationem Filii Dei, quâ urget Ambr. licèt Angelo minime neget imaginem, ac similitudinem Dei. Sed in alio psal. *d* cœlos vocari *opera manuum Dei*, antea dixi: præterea dicuntur *aridam fundasse manus ejus*, sive *siccam formavisse* e. Tandem numero unius David alibi f canit, *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam*. Citato autem Etiaïæ loco quamvis Græcè legatur in singulari ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστέρεωσα τὸν οὐρανὸν: tamen & Hebr. & Latinè nomen exrat plurale, cum verbo ejusdem numeri אני ידי נטו שמים *ani idai natu sciamaim, ego & manus mea tetenderunt cælos*. Manus porro pro sapientia sumunta liqui: alii pro Filio, & Spiritu sancto, ut antea notavi. Quamvis interdum proprié *manus* numero unius designet Filium, & Spiritum sanctum *digiti*, ut aliàs admonuimus. Figuratam formulam hanc, & similes, crebro vidimus: hæcque etiam ab Athanasio nominatim notata est.

Fecerunt me, & plasmaverunt me.) Hieron. secundo loco *firmaverunt*. Apud Trevetum, *formaverunt*. Aond Fabrum, *plasmaverunt*. Hebræum cum affixo יכוננוני *jechonenuni*. Alii vertunt, *paraverunt, præparaverunt, concinnaverunt, disposuerunt, & quasi magno artificio absolverunt, direxerunt, confirmaverunt*. De Hebr. verbo actum alibi, & quandoquidem interpres transtulit per verbum *præparandi* g. In vetere Psalt. extat *finxerunt*, cum præcedente nomine *Domine*: sicut & apud August. ac Prosperum, qui meminerunt etiam translationis nostræ. Facit mentionem quoq; Ambros. legens *paraverunt*: & Hilar. qui legit *præparaverunt*, de illis, qui *finxerunt*. Vertit Symmach. ἐπήρτισαν, *perfecerunt*. Conveniunt omnes aut iynonyma vel eze aut primo animæ creationem denotari, secundo formationem corporis. Id præterea Basilius docet in hexameron *h*, ἐπλάσθη ἡ σαρξ, ait, ἐνοπλίσαι τῇ ψυχῇ. Nazianz. quoq; frater Cæsar. i consentit. Non est anima prius creata, quam corpus; ut præmonui: non etiam ante efficitum Adami corpus, quam immitteretur animæ ritem, non prius à verbo Dei assumtum aereum corpus ullo modo, non solum non hypostaticè, ut ad illius similitudinem fieret corpus primi hominis, & ipsismet externis manibus formaretur Dei corpus assumentis. Una, simulq; & formatum corpus est de limo terræ, & in id anima, quam tunc primum creavit Deus, immissa. Similitudinis, & imaginis ratio per ie spectatur in anima, in corpore impropriè tantum, & imperfectè. Disputat de his nonnihil hoc loco Avendan. tractatores quoq; Genes. & decimi capitis Job, & Sixtus Senensis k, ubi alios citat, nos alibi. Placet magis, ut opinio illa prorsus explodatur, quæ manus, & corpus formatori hominis primi, Deo attribuit, hoc est, Verbo Dei incarnando. Cur enim jam tunc sumeret corpus is, cui creatio attribuenda non erat, potius quam personis aliis? Nimirum puer: sem cogitationem hanc vocat Aug. *l*: quod ego non de Deo tantum secundùm me sentio: sed etiam in assumto tunc corpore, figurate manus accipiendæ, ut & in alio psalmo *m*, *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam*. Nec obest opinio de apparitionibus antiquis, factas non per Angelos, sed per Verbum ipsum sub specie visibili. Alia ratio, post peccatum Adami, ut de remedio peccati, quod ab incarnato Verbo debeat esse. At creatio opus commune est, ac portus Patri attribuenda; quam alteri personæ. Sed & assumtio non hypostatica, cunctis personis necessario communis est: quamvis attribui possit nunc isti personæ. Legatur de apparitionibus visibilibus Filii Dei, Tyræus noster *n*. *Fingendi* verbum, quod hujus loci ἑπλασαν sonat, legimus aliis in locis usu patum de cordibus, quę pro animabus accipiuntur, & de Spiritu ipso *o*, *qui finxit figillatim corda eorum*: & *Dominus fingens ipse spiritum hominis in eo*. Utrobiq; vero est יצר *jatsar*, proprium fictorum, & figulorum. Quinetiam tali verbo videtur magis innui creatio, quam verbo *faciendi*: quia non fingitur ab artifice, non educitur de potentia materiæ. *Ætatem* demum, & *ver plasmasse dicitur* Deus *q*. Protulit Job *r* prior similem sententiam, *Manus tua fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu*. Sed Græcè tenet priorem locum ἔπλασαν, *plasmaverunt* eo quòd posteriorem, idest, *fecerunt*. Hebræum quoq; primum cum affixo עשתני *hbitseiouni*, secundùm יצרוני *iabhaçuni*: illud autem importat affectionem cum labore, quę dicitur *elaboratio*. Greg. *s* autem *facere* ad corpus retulit, *plasmare* ad animam. Et in commentario psalmi nostri Ambr. citat eo eodem Job, invertens ordinem verborum, *manus tua plasmaverunt me, & fecerunt me*, sicut exigit Græcus textus, & favet Hebræus, in quo, ut dixi, primum verbum judicat majorem opificis laborem, & industriam. Quamvis negari possit, quia versatur ars circa materialia, rationem comparationis magis attendi informatione corporis. Athanas. *t* porro observat, non solum Adamum formatum Dei manibus, sed ceteros deinceps homines. Quod confirmat similibus alii: Esaiæ, ac Jeremiæ testimonis. Unde Arian. refelluntur, qui Christum, seu Dei Filium Creaturam esse asseverantes, differre tantum volebant à ceteris, quod tempore prior factus esset. Origenes *u* ita vult manibus nos Dei fieri, & plasmari, ut Angelorum quoque ministerio animæ humanæ in corporibus seminentur. Admitti potest in Chumana generatione nonnullus concursus angelici ministerii. At seminatio animarum nō tantum ut lonat productionem ex semine, penitus falsa est; sed etiam quatenus innuit eas tamquā semina prius existentia in corpora, vel ut in terram seminati: qui, ut sæpius notavimus, Orig. error fuit. Apon. *x* elicit hinc, quia eædem cunctos manus Dei faciunt, & plasmant; non natura, sed vitio, ac perversa hominum arbitrii libertate contrahi omne, quod contrarium est Deo: nec omne malum ad Creatorem retorqueri, sive sint quæ dicuntur propriè vitia morum, sive etiā quę naturę, qualia monstra, & varii defectus in sobole, qui ex gignentiū incōtinentia, ac ṣevitia sępe oriuntur.

Da mihi intellectum.) Hieron., *doce me*. הבינני *hawineni*, Eadem verbum Hebr. & Latina phrasis extat versu 34. & Græca συνισον μοι: quasi dicas, ut August. notat, *intellectum me*: præterea versibus sequentibus 125. 144. 169. Tam læpe rem adeo necessariam postulat David, ut scrutetur seu observet legem: ut discat Dei mandata, quæ nimirum observare vultur sciat testimonia ejusdem: ut vivat. Et quidem jure id flagitat suo, à suo Creatore, & plasmatore *y*, & quia *servus* ipsius *est* ziquemadmodum *doceri voluptatem* Dei petit hoc ipso, *quia Deus suus sit a*. Ipsemet Deus pollicitus est *se daturum intellectum*, & *instructurum in via qua gradereturb*. Deus, inquam, qui dat per *declarationem sermonum suorum intellectum parvulis* civid. qui se tales esse profitentur, ac se per hanc humilitatem idoneos reddunt divina revelatione *d*, atq; per puerilem simplicitatem, ut cum ipsis Deus *fermocinetur* e. Benedicendus, ac laudandus Deus pro tanto munere *intellectus* f, facultatis quidē intelligentis, qua discernimur ab irrationalib. doni autē intellectus multo magis, quo distinguimur à multis rationalibus, qui eo carent.

Ut discam mandata tua.) Hieron. *& discam mandata tua*, apud Trev. *præcepta* Synon. sunt: particula vero ו *ve* conjunctivè, & cauſſaliter sumi potest. *Bonum sibi* antea *g* dixerat *humiliari*, *ut disceret justificationes Dei*. Nunc petit intellectum, ut discat, *quoniam vexatio*, & humillatio *dat intellectum* h. Similiter advertit Hugo in verbis singulis hujusce versus vitia singula cavenda: ingratitudinem, quum dicitur, *manus tua fecerunt me* superbiam, *& plasmaverunt me*, confidentiam de proprio ingenio, *da mihi intellectum*: curiositatem, *ut discam mandata tua*.

In-

---

a Beilar. in Gram. Hebr. Vincent. Circuncis. de litteris *jod* ineffabilis litteræ nomine observatis.

Manus Dei quid designent.

b *Gen.*1.26.

c *ps.*95. 5.

d *ps.*101.26.

e *Isa.*48. 13.

f *ps.*118. 73.

g *Prov.*8. 27. *vel* 30.

h *Hom.* 11. *i* *Dial.* 3.

Adami corpus simul efficitum, & anima creata.

Quum dicitur homo factus ad imaginem & similitudinem Dei ratio similitudinis, & imaginis in anima spectatur.

Opinio manus, & corpus Dei primi hominis formatori attribuens ex plodenda.

k *l.* 6. *hibl. annot.* 218.

l *c. de Gen. ad litteram*

m *ps.* 138.

n *l.* 1. 12. 27. *per. visib. c.* 23. 24. 25.

o *Psal.* 32. 15.

p *Luc.* 12. 2.

q *ps.* 73. 17. *Isa.* 10. 8.

r *Job.* 10. 8.

s *Prov.* 8. 27. *vel* 30.

t *de decret. Nicen. Syn. ad. cons. ref. Arian.* Arianorum hæreſis.

u *tom.* 16. *in Joan.* Origenis error animas Angelorum ministerio in corporibus seminari asserentis.

x *lib.* 2. *in Cant.*

y *hoc loco.*

z *v.* 125.

a *ps.* 142. 10

b *ps.* 118. 130

c *Prov.* 3. 32.

d *Mat.* 11. 25

e *ps.* 15. 7.

f *ps.* 118. 66.

g *v.* 71.

h *Isa.* 8. 19.

Justi aspectus plerisque admonitio correctionis est.

i *Ps.* 30. 11.

Intellectus præcedit, ait Ambros. & sequitur scientia. Est enim, ut modo dicebam intellectus donum Dei, quo diuponimur ad capessendam rerum divinarum scientiam. Per scientiam & sapientiam informati, docti evadimus, nec eruditionem facit memoria, sed intellectus ita ut nihil referat multa legisse, nisi quæ legeris intelligas, ut idem Doctor monet. *Sapientem* Christus appellat, *quique audierit, faciat a*: *beatum qui scriperit, & fecerit b*, *magnum qui fecerit, & docuerit* c. Ipsa intellectus potentia peccando veluti deformatur, & obscuratur: ac propterea per Dei gratiam renovandi quotidie iumus *spiritu mentis nostræ* d. Confergendæ intellectus vires, ceterarumq; corporis atque animæ facultatem, ad colendum, & diligendum Deum, sicut ipse sejunxit *e*. *Docibiles Dei* oportet nos esse *f θεοδίδακτοι*, Dei inquam *qui docet hominem scientiam g*, & *utilia h*, & *est scientiarum Dominus i*. Non parvi est intellectus, inquit Aug. nosse, à quo potcendus sit intellectus. Cogitandum quoque monet, quando sint altius intelligenda mandata, quando ad ea discenda sibi dari intellectum David petit: qui sic intelligit, & qui *eloquia Dei custodisse* ante jam dixit k. Præbet idem Pater quæstioni occasionem, solusne intellectum det Deus, à quo nunc postulatur, ut det: an etiam Angelus id possit, quum legamus dictum Gabrieli, ut *faceret intelligere Danielem visionem* l; deinde dixisse se *venisse, ut doceret eum, & intelligeret* m. August. respondet uti Deum ministerio Angelorum, qui se hac in re sic habeant, quemadmodum centetur ille lucem dare domui, & illam illuminare, qui ei fenestram facit: à Deo hominis mentem rationabilem atque intellectualem fieri, quæ possit capere lumen ejus: Angelum quoque ab ipsa factum, qui operi poſſet aliquid, unde ad capiendum lumen Dei mens adjuvaretur humana: eamdem sic Deus adjuvare mentem, ut Angelicam recipiat operationem: sic item illuminare de ieipso, ut non solum illa, quæ à veritate monstrantur, sed ipsam quoque proficiendo perspiciat veritatem. Summam hæc ista continent eorum, quæ ad quæstionem dici possunt. De re ipsa, & modo quo Angeli nos illuminent doceantque disputatione de Angelis copiosius egimus,

---

Vers. 74.) Qui timent te, videbunt me & lætabuntur, quia in verba tua superperavi,

Sensus loci.

RAtio altera, qua gratiam sibi depoſcit pro legis custodia, ut videntes hi, qui timent, & colunt Deum ab ipso legem custodiri eo quod plurimum spei collocaverit in promissis divinis, quæ lex continet lætentur, & hoc exemplo ad idem animentur, sperentq; etiam ipsi felicem sibi exitum sue pietatis, atq; custodiæ legis futurum. Eadem præterea opera, quasi suis meritis diffidens, interponere merita & defideria aliorum videtur, qui sicut ipsi religiose colunt Deum, ejusque custodiunt mandata, quæ didicerunt, ita cupidissime id appetunt ab aliis fieri: & nonnihil verendum est, ne spes & religio eorum defervescat, acimminuatur, si animadverterint Davidem vel remisivi custodientem Dei mandata; vel tametsi custodiat, spe tamen sua fraudari. Observat Hilar. contuetudinem impiorum esse, ut conspectis religiosis viris tristes sint, & tamquam conscientiæ onus præsentium sancti cujusq; non sustineant: contra vero ad conspectum viri fidelis, religiosos omnes, quibus timor Dei est, lętari, & vel solo corporeæ contemplationis visu gratulari, modo avium, herbarumque quorundam, quæ vitæ tantum & conspectæ, mors, bis aliquibus, & infirmitatibus medentur; velle Prophetam probitatem vitæ suæ conspici, velle justitiam suam, eligionem, & continentiam cerni. Ambr. oppositi exemplum dat membri, quos prodit Sapiens *n* justum *gravem etiam sibi ad videndum habuisse*: Gerasenos item qui *rogaverunt Jesum, ut discederet de regionibus eorum* o. Samarit. qui transitum ei denegaverunt, quando tantum per eos transire volebat *p*. Insinuari præterea hoc loco dixit prædictionem, quod Orbis totus implendus esset timore divino, & ideo quasi timentes Deum sanctorum cognitione lætaturos: qui enim videt justum, & gaudet, etiam ipsum velle esse justum: & pulchrum esse, ut eo in aliis delectetur quod vult ipse in se servare si possit, plerisq; justi aspectum admonitionem correctionis esse, perfectoribus lætitiam. Affert ex animalibus exempla: tùm ejus quod vilum prodeſt ictericis licet mortuum. (Bonav. hoc nominat Aurcolum, aut oriolum, Plin. *q* ictcrum, & galgalum) tùm è contrario lupi, qui nocet si aliquem videndo prævenerit, nempe vocem adimendo *r*: & basiliſci, qui quodquumque viderit animal prior, fertur occidere *s*: & serpentis, qui occiditur hominis præventus aspectu. Adjice argumentationem Hieron. *t*, de fulgore sanctitatis in facie Christi; qui ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu, multo magis, quam magnos annulos, fuccinum stipulas, & festucas sibi copulant. Idemmet porro Ambr. ratiocinatus eleganter juxta ac pie de argumento hoc multa lectu sane digniſſima, cohortatur, nos, ut sicubi audiverimus justum, testimemus videre, ut ad Christum festinavit Maria Magdalena discumbentem *u*. Potest Zachæus addi, qui, ut commodius videret, *ascendit in arborem sycomorum* x: potest Andreas cum sodali, ubi habitaret suscitantes, & invitantem *consecuti* y: possunt gentiles, videndi sibi *Jesum* potestatem fieri flagitantes: potest demum Petrus *amarè flens*, ut primum Christus illum aspexit *a*. Sed pia mente isti videre concupierunt, & viderunt, non uti satisfacerent; vanæ curiositati, quemadmodum Herodes, qui visum *sprevit* b. Exemplo adhuc possit esse gratissima in domo Elisabeth præsentia *Mariæ* c, Paulus videndi Petri causa *Jerosolym. ascendens* d: idemmet Paulus cum Barnaba, tam magnificè acceptus Jerosolym. *ab Ecclesia, & Apostolis, & Senioribus* e: & ne dilcederet rogatus Paulus, nec fine lacrymis dimissus, & *deductus* f. Subdit idem Doctor, in quolibet homine spectandam Dei imaginem, & similitudinem: & quod inter mulras Christi imagines ambulamus, quibus cavere debeamus ne coronam detrahamus, quam ille imposuit, ne, quod pejus est, dehonestemus, lædamus, destruamus, perlequamur. Simile monitum nobis noster B. Ignat. in regula præscripsit, ut alter in altero compleatur, ac revereatur imaginem, atq; similitudinem Dei. Intus latet hic decor maximè, ibique *faciesdecora* g, quam *converti* ad nos *ut intueamur*, optandum *h*: sed prodit se foras non raro, & *annunciat* ipsa *de homine* i. Simile gaudet simili, *charitas non gaudet super iniquitate congaudet autem veritati* k: impius *lætatur cum malefecerit, & exultat in rebus pessimis* l: eodemque pacto si quos reperiat imitatores. Mutuus aspectus duorum in arca Cherubim *m* typus est lætitiæ, quam justi ex mutuo capiunt intuitu, & congressu. Lætabatur Joannes quum videret fratres *in charitate* n, & Christum vetustisse refert Hieron. *o* lætari nisi quum ita fratres videremus. *Nequam* ex opposito *est oculus invidi & averteus faciem* p: similis nostræ, quæ contueri Solis lumen nequit. Hæc esto finis Historiæ sacræ, & sanctæ lectionis, congratulatio de aliorum sanctitate: Sanctitatis eorum in re ipsa expressio & representatio, ut *quorum intueris exitum conversationis, imiteris fidem* q. Peccator videns aliorum probitatem, & zelum, *irascitur, dentibus fremit, & tabescit* r: sed justi in ejus consultione, & in tua consolatione cantant Deo tuo, inquit Bernardus *s*, quæ hic habentur.

Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur.) Aug. cum vetere Psal. *jucundabuntur*. Alii imperativè, *videant & lętentur*. Serviunt futura imperativis, atq; ita expoſuit Apoll.

βλέπουσι γὰρ καὶ μετὰ τὴν τῶν προλόγων δύμῳ.

Servi videntes me tui, lętentur animo,

Timentes Deum intelligit veros cultores Dei, ac timore prædictos filiali cum religiosis virtutibus, Quamvis Aug. *timentes* interpretetur hoc præsenti tempore, in quo adhuc tentatio est *t*, cum quadam sollicitudine, donec visio beata, & lętitia adveniat, quæ futuri temporis verbis exprimuntur. Videntes recti lætantur propter bona aliorum opera: sed *iniquitas oppilat os suum u*: *audientes mansuetilætantur*, quod alterius *animain Domino laudetur* x. In beatitudine perfunditur quivis, lætitia, ob alterius felicem lætitiam, eritque *lætantium omnium habitatio* in regione illa, & *civitate viventium* y.

Quia in verba tua superperavi.) Hieron., *quia sermonem tuum expectavi*, in Psalt. Romano, *quia in verbo tuo speravi*: apud creditum Hieronym. & Cassiod. *in verbo tuo super speravi*: apud Arnobium, *in sermonibus tuis speravi*, in Ambrosiano Psalterio *in verbis tuis speravi*. Apud Augustinum, Hilarium, Ambrosium: *in verba tua speravi*. Idem August. meminit alterius lectionis, *quoniam in verba tua sperant*. Extant nunc absque nota numeri pluralis quæ est ו *jod* דבריך *devareik*; sed cum illa legerunt Lxx. Verbum numero singulari creditus Hieronym. & Cassiodor. exponunt de Verbo æterno incarnando, five de Christo, illiusq; meritis. Quivis numerus sit, significat *verbum*, aut *verba*, *sermonesve*, *divinas promissione*. *Superperare*. Augustinus notat notat cum interpretis di-

n *Sap.* 2. 15.

o *Luc.* 8. 37.

p *cap.* 9. 53.

q *l.* 30. *c.* 12.

r *Job.* 7. 1.

s *Serm.* 10. *de ver. Apost.*

t *Job* 7. 1.

u *ps.* 106. 42.

x *ps.* 33. 2.

y *ps.* 86. 7.

ligentioris expressum esse: atque per compositum hoc verbum nos intelligere quod *potens est Deus facere supra quam petimus, aut intelligimus* a, ut propterea parum sit sperare, sed debeamus supersperare. Sane *major corde nostro Deus* b: *nec sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram* c, quæ datur Beatis ultra condignum. Largitur Deus pluiquam polliceri videatur, quam rogetur, quam tollat, ut quidam cecinit apud Hugonem,

Plus dare quam tollat rogitetur, polliceatur.
Job, Salomone, Deus, virga, florente probatur,

Nam reddita sunt Job duplo plura his, quæ ipsi ablata fuerant d: Salomoni præter petitam sapientiam, datæ divitiæ, atque gloria e: Virga Aaron non modo, ut promissum fuerat, germinavit, sed floruit etiam, & folia fructusque attulit f, Christus dixit *aridam angustamque portam* salutis esse g, ac *paucos electos* h: & tamen vidit Joannes electorum ex omni Tribu *centum quadraginta quatuor millia*: & præterea *turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat* i. De verbis ἐπάνω τιθέναι, quod compositum est, & יחלתי *yichalti*, quo ardor Spei significatur, dixi versu 43. quæ postea occurrunt adhuc versu 81. 114. 147. cum eadem phrasi de magna spe *in verba*, vel *verbum Dei*.

a Eph. 3. 20.
b 1. Joa. 3. 20.
c Rom. 8. 18.
Deus plusquam pollicetur, largitur.
d Job xl. 10.
e 3. Reg. 3. 11. & seqq.
f Num. 17. 5. 8.
g Matt. 7. 13. 14.
h c. 20. 16.
i Apoc. 7. 9.

Vers. 75.) Cognovi Domine quia æquitas judicia tua, & in veritate tua humiliasti me.

Sensus loci.

AFfert rationem tertiam, quæ est proprie culpæ confessio, se namq; cognovisse justissima esse judicia Dei si quando ipsum humiliavit vel castigando pœnis, vel etiam subtrahendo gratiam, id justissime fecisse quoniam revera commerebatur, ita ut non possit conqueri, sed omni animi demissione debeat *iram Domini portare, quia peccavit ei* k, & ad illius confugere misericordiam, prout facit versu sequenti, & seipsum emendare, quem Deus finem sic humiliando intendit. Hilar. interpretatur judicia Dei præsentia, & quidquid in nobis geratur, ex judicio illius fieri, omnes tribulationes, omnes pressuras, omnia iniectationem odia, omnes persecutionum infestationes, ut per hæc probabiles, ut per hæc emendati, & tamquam per ignem examinati, atq; purgati simus. Denique, ait humiliationem esse tribulationis, contemtus, injuriæ, doloris, & affirmare Prophetam se non sine causa esse tribulationibus subditum, passionibus permissum, per injurias humilitatum, sed ad humanorum vitiorum expienda peccata ex justis se, ac veris Dei judiciis humiliationi esse subjectum, & in his passionibus ex æquitate divini judicii versari. Hoc sermone, uti Ambros. aserit, eum, qui potest intelligere quę sunt divinæ providentiæ, & cognoscere omnia judicio Dei fieri, verbi gratia, ut ægrum corpus aliquis habeat, aut salubre, ut dives, ut pauper sit, ut moriatur juvenis, vel senes. Confirmat exemplis Job, & Abraham. Adjicit etiam hunc esse fructum præmissæ precationis, qua intellectum sibi dari poposcit, ut mandata Dei disceret, cognitionem istam fide perfectiorem jam perfecti esse, ac sapientis. Accipit autem humiliationem pro acquisitione virtutis humiliatis, quæ conducit, ut aperiantur oculi ad hujusce modi veritatem: in eo Davidem laudat, quia quum ista agnosceret, humiliabatur, ut humilitate sua vel proseverorum excluderet tentamenta, vel adversorum subiret æquo animo tolerantiam. Sed melior notio humiliationis pro afflictione.

Le Mich. 7.

Humiliationis notio

Cognovi Domine.) Hieron. in præsenti, *scio*. Ambros. *agnovi*. Distinguit hic post Hilar. cognitionem, scientiam ve à fide, quæ quum timore est, atque obscuritate, quia qui timent, inquit Ambros. rationem non quærit; sapiens agnitionem eorum investigat, quæcumq; percipere desiderat: denique recenset Apostolus *l* diversa munera gratiarum, sermonem sapientiæ, sermonem scientiæ, fidem. Verum timorem non intelligit Ambr. esse in ipso fidei divinæ assensu, qui certior est omni scientia humana: sed quod in illo, qui fidem habet, potest esse formido, ut circa judicia particularia, quorum rationes adhuc ignorat. Virtutis exactæ, ac multum exercitatæ est clare percipere, quam patitur adversitatem suis peccatis justissime deberi, vel ob alios fines immitti, permittive à Deo. Aliquando communicatur subdito lumen hujusce modi adeo clarum, nihil, aut parum antea exercitatio in virtutibus, quemadmodum Mauritio Imperatori, qui accepta divinitus propriæ mortis, & suorum sententia, homo hactenus pessimus, prorupit in similem aliam huic sententiam *m*, *justus es Domine, & rectum judicium tuum*. Eo pervenit, ac proficit, quis credendo quandoq; ut sibi quæ proponuntur credenda, non tam credere, quam videre, ac manibus tractare videatur, & cum Samaritanis dicere, *ipsi audivimus, & scimus* n.

1. Cor. 12. 8.

Mauritius Imp. propriæ mortis sententiam divinitus accepit.
m Psal. 118. 137
n Joa. 4. 42.

Quia æquitas judicia tua.) Hier. *quia justum judicium tuum*. Sed Hebraicum nomen צדק *tsedek justitiam* significat: estque in plurali משפטיה *mispateka*. Chald. epithetum judiciorum pluraliter ponitur זכאין *zacchain justa*. In vetere Psalt. & apud Augustin. *justitia judicia tua*. Ambros. & Prosper legunt, *justa judicia tua*. Sed monet Ambros. secundum Græcum extare, *Dei judicia sunt ipsa justitia*, διὸ κατορθοῦται κρίματά σου. Divina judicia, inquit Rickel. adeo justa, & vera sunt, ut aptius asserantur, æquitas sive justitia, quam æqua, & justa. Retuli paullo ante similem ex hoc ipso psalmo sententiam. Deus ipse ad Job o dixit, *Numquid irritum facies judicium meum, & condemnabis me, ut tu justificeris*? Daniel confitebatur *omnia, quæ fecisset Dominus* captivis, *in vero judicio fecisse*. Angelos ministros plagarum divinarum audivit Joannes q, pronunciante *justum esse Dominum, vera & justa judicia ipsius*. Canitur in alio psal. r, *judicia Domini esse vera, justificata in semetipsa*. Vocata sunt etiam in hoc ipso, prius *judicia justitiæ, & justificationis*: quod adhuc postea repetitur. Affine illud etiam, quum dicuntur *omnia Dei testimonia, & mandata æquitas* u. Quibus locis, ut & in hoc nostro, valet idem *æquitas*, quod *justitia*; & non sumitur pro juris qualibet æquabilitate, ac moderatione, ut ex æquo, & bono quid fiat, & juxta juris piam, benignioremque interpretationem, quam vocant interdum *æquitatem*. Græci ἐπιείκειαν, corrupte aliqui Latinum de Græco facientes *epiehiam*. Eadem sunt locis citatis nomina צדק *tsedek*, & δικαιοσύνη, quibus *justitia* simpliciter significatur.

o cap. 40. 3.
Bp cap. 3. 31
q Apoc. 16. 5. 7.
r psf. 18. 10.
f v. 7. 62.
t v. 106. 160. 164.
u vers. 172.

Et in veritate tua humiliasti me.) Hieron. *& vere afflixisti me*. *Affligere* significat hoc loco verbum *humiliandi*, ut ante dixi *in veritate*, aut *vere affligere*, non est, quod vulgares linguæ nostræ præ se ferunt, *revera, reipsa, valde, per*Cefte, *exactè, rigidè*; sed secundùm justitiam, de qua *veritatis* nemen fæpe dicitur: sive prout is, qui humiliatur, meruerat, vel ob alias causas veræ justitiæ congruentes. Confirmat Arnob. illa alia sententia s: *Propter iniquitatem corripuisti hominem* x. Admitti potest, homines, qui cognoverint usu ipso, praxi, experientia, quod judicia Dei sunt æquitas, idest, æqua & justa, humiliari, Deo permittente, apud homines, quibus odio est verbum veritatis, Crucisque. Ut sit *in veritate humiliari* idem, quod propter veritatem, proque ipsa tuenda, & cum multa *doctrina* multam, sive etiam omnem conjungi *patientiam* v. Quod si *veritatem* sumas pro fide, quam significat אמונה *emunah*, & cui R. quoq; Kimhi adjungendam censet præpositionem ב *be*, idest, *in*, quam omisit Arnob. *humiliari in veritate, & fide*; erit fideliter, hoc est, à Deo fideliter agente, ut non sinat supra vires, nec *tentari supra id, quod possumus*; *faciens quoque cum tentatione proventum* z, vindicans ab hostium potestate, *eripiens, & glorificans* a. Indicat Campensis, interpretans *Ex fide adjuvas me*. Sed non debuit vertere, *adjuva me*, nisi forte Degerit pro עניתני *hinnithani*, עזרתני *haazarthani* Bernardus *b* scribit, velint, nolint homines communem totius humani generis vocem hanc esse, *in veritate tua humiliasti me*. Tum subdit, Quisquis *in veritate* humiliatur, veraciter humiliatur: nec nisi fallaciter exaltatur. Quid est autem falso exaltari, nisi vere non exaltari. Hortatur deinde, ut adhæreamus humilianti nos veritati, nec dissimulemus, sed cooperemur ei devoto pietatis affectu; multo humiliari, sed humiles non esse; exaltantem ipsos amplecti vanitatem, quærere mendacium, contra veritatem, quæ illos humiliat, votis & studiis quibus possunt, dissimulationibus & conatibus frivolis recalcitrari. Greveus e docet reperiri fictam humilitatem *nequiter humiliantis se* d, quæ vera est, esse ordinatricem æquam; quia hominem in gradu suo, & ordine debito locat: urbanam quia cedit majori f, *& honore prævenit alios* f., fidelem, quia nihil de alienis vult contingere præsertim gloriam, quam sibi Deus reservat g: parcam, ne sibi propria communicet alteri, nempe contemtum & irrisionem; quum tamen gratiæ accepta dona cupiat aliis communicari, non invidens ulli: vigilem & cautam, ne acquiescat detractoribus, aut adulatoribus, quos pro latronibus habet; vituperationes autem,

s Rom. 9. 18.
t 1. Joa. 3. 4.
f Joa. 15.

---

autem, detractiones, irrisiones, velut divitias accepter: Asa proponuntur, & *misericordia* nomen eximitur, eximia humilitas declaratur: ita, ut quod hic priore versu *in veritate se humiliatum* affirmaverat, verum esse nunc probet adeo demisse orando.

Fiat misericordia tua ut consoletur me.) Hier. *sit obsecro misericordia tua in consolatione mea*. Alii, *sit quæso misericordia tua ad consolandum me: bonitate igitur tua consola me: sit nunc gratia tua ad consolandum me*. In Hebræo textu particula נא *na*, indicat vel observationem, vel tempus præsens. Romanum Psalt. putatus Hieron. Arn. Casiod. habent, *nunc*. Prosper, *autem*, quod etiam ὅτι valere potest, non alia illa duo tantum, obsecrationem, inquam, & tempus præsens. Quamquam & adverbium temporis, *nunc*, obsecrationis loco poni solcat, & aliquando redundet. Apollin. quidem rationem nullam illius habet. Est autem hic, & alibi iæpe, *fiat*, non imperantis, sed optantis, & precantis. Pro, *consoletur*: leguerunt Hilar. & Ambros. *exhortatur*: posterior vero meminit nostræ translationis, aitq; in Apostolo r legi exhortationem per consolationem, & hanc pro illa. Interpres certe apud illum eodem loco vocabula παράκλησις, παραμυθία, παράκλησις reddit *consolari & exhortari* activè & passivè: atq; *consolationem & exhortationem*: potuitsque addere *advocandi* verbum & nomen advocationis, quemadmodum & παράκλητος *consolatorem, exhortatorem, advocatum*, significat. Sed hujus loci nostri Hebræa vox cum articulo הנחמני *henachamani consolationis* solam significationem habet. Videtur autem Hieron. legisse non verbum, sed nomen: quod tamen non aliud reperio quam נחם *nocham*, & נחמה *nachamah*. Phrasi isti, *fiat misericordia tua, ut consoletur me* similis illa w, *fiat manus tua, ut salvet me*: item x *fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar*: sed idem est *fiat*, quod *sit*, eâque יהי *jehi* propriè id significans.

1. Cor. 12. 8. 9. 10. 7.
w psf. 118. 137.
x v. 80.

Secundùm eloquium tuum servo tuo.) Hieron. *sicut locutus es servo tuo*. Vocabulum cum littera servili, & affixo pro nomine מאמרתך *cheimiratheka* non est verbum, sed nomen in regiminæ ab absoluto מרה *mirah*, pro quo est λόγιον, cujus loco solet reddi *eloquium*, differens aliqua ratione à *verbo*, ut aljas retuli ex August. Sed legit Ambr. *verbum*, dixitque nullum videri necessarium, certumq; discrimen: Nec videntur etiam posse præ dictiones jungendæ primis, *fiat misericordia tua servo tuo*: ut Haimo, Hugo, Ricklius, & alii volunt: sed ita, *secundùm eloquium tuum*; sive *verbum*, idest, promissum quod fecisti, aut pollicitus es servo tuo. Quemadmodum superius *Memor esto verbi tui servo tuo* quod videlicet loquutus es servo tuo. Sic ut autem ibi seipsum intelligit sub tertia persona, vel sub intelligendo *mihi servo tuo, qui sum ego*, eadem ratione hoc loco non est, quod Abraham intelligi à Prophetæ putemus, ut Lyran. existimat, & nonnulli præterea: aut Christum, ut Brunoni videtur Carthusiano: aut Adamum, cui quidem promissa immortalitas, ut Remig. exponit: sed semetipsum, aut quemlibet cujus in persona loquatur. Apollin. distinctè sic explanat.

y v. 49.

οὐκ ἐκπεσοῦσαν παράκλησιν ἄμωμον ἐπ' ἀσφαλοῦς,
κ᾽ μὴ ἐν σωφρασύνῃ σῇ θεράποντι παρέσυρε,
Tuam misericordiam solatium nobis præbens,
Et sermonem unanimum tuo servo largiris.

Vers. 77.) Veniant mihi miserationes tuæ, & vivam: quia lex tua meditatio mea est.

Sensus loci.

COnsolatio, quem humiliatus jam, correctus, castigatus à Deo expetit, & expectat, est illa, quam proxime nominavit, & fieri sibi cupere dixit, illius nempe misericordiam: immo, ut hęc sibi multiplex fiat, adveniatque: nec enim aliter vivere le posse, sublevari, recreari, quum si nihil aliud egerit, quod id sit promeritus, certe nulla se alia re affici, & delectari sentiat, quam legis assidua meditatione, quæ vita ipsa charior, & suavior censeatur, sine qua mori præstat, quam vivere. Christ. *miserationes* eas intelligit, quas Dominus in adventu suo nobis dono dedit, hoc est, Evangelicum sermonem, ac Apostolicas doctrinas. Plures *miserationes* de gratia præsentis vitæ, deq; gloria futuræ multi interpretantur. *Coronat* enim *Deus in misericordia, & miserationibus* z; cumque *magnæ misericordia multitudinem miserationum* a largitur. Fit nobis misericordia Dei per miserationum effectus, ipsa immutabilis in se. Nec improbabiliter Camer. *miserationes* numero multitudinis accipit, ut primum tribulationis immissæ,

z psf. 102. 4.
a psf. 50.

missæ, secunda liberationis sequatur, hanc vitæ æternæ. A
Vitam corporis immortalem hic desiderari arbitrantur
Augustinus. Ambros. quæ nunc *abscondita sit cum Christo in Deo* a, *in regione vivorum*, ubi perfecte *placebitur Deo* b. Ut idcirco, vivam, Propheta dicat absolute,
ac in futuro quidem tempore. Quo pacto, aliquoties
Christus nomen *vitæ* absque addito usurpavit pro æterna d. Suadent etiam dicti Patres sedulam, accuratam, intentam legis meditationem, non perfunctoriam lectionem; præcipue Sacerdotibus, quos Apostolus in Timotheo e, ac Tito f ad id cohortabatur: meditationem, inquam, suadent, quæ referatur ad opus, & sit in fide
per dilectionem operante. Totam legem memoriæ mandaviſſe, eamque crebertima recordatione cantaviſſe non
ſufficit: neque qui non tacet quod lex præcipit, minime
autem vivit, ut præcipit, arbitrari debet ſe feciſſe quod
legit: quia, inquit Auguſt. hæc meditatio amantis eſt
cogitatio, & tantum amantis, ut *charitas* non *frigeſcat*
hujus meditationis ſuæ quantumlibet *abundantia* conſtipetur *iniquitatis alienæ* g. Nimirum quod eſt pridem dictum *h*, oportet te *meditari in mandatis, quæ diligas*, & B
levare manus tuas, ad eadem dilecta, hoceſt, operibus
ipſis impleta. Sic majori fiducia poſtulari miſericordiæ
ac miſerationum adventus poteſt, ſi non deſimus muneri
noſtro: ſed ſollicita cura ſtudeamus quomodo miſericordi Deo ſatisfaciamus, & reſpondendo ipſius priori miſericordiæ, ad eamdem continuandam, augendamque
ipſum provocemus.

Veniant mihi miſerationes tuæ.) Per prolopopejam *venire* dicuntur *miſerationes*, ut & *calamitates* i, *mors* k, *clamor* l, *verbum* m, *maledictio* n, *auxilium* o. Supra *q* hoc ipſo pſalmo ſimilis fuit oratio, *Et veniat ſuper me miſericordia tua, Domine, ſalutare tuum*, &c. In rebus bonis innuit formula gratiæ ſine meritis adventum; in malis quaſi ex improviſo advenire miſerationes.

Et vivam.) Vita, ut ante dixi, gratiæ nunc, & poſtea immortali, beataq; ac vita quidem gratiæ, vel ut reſtituatur, vel ut augeatur. Morte extinctum ſe arbitratur, ut Græci notant, quod divina benignitate, ac benevolentia orbatus ſit. Id etiam quodam modo contingit juſtis, quum ſe deſertos veluti putant à Deo, & obli- C
vioni traditos, *tamquam mortuos à corde* q: quamvis revera vivant vita gratiæ. *Vivere præterea* ſimpliciter poſitum, ut alibi monuimus, ſignificat hilariter, & cum voluptate vivere, nimirum quod ad rem præſentem pertinet, honeſta, & ſpirituali lætitia, qua carent interdum humiliati, vexati, tentati. Ex Epicuræa ſchola prodiit illud,

Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere, vivam;
Sera nimis vita eſt craſtina, vive hodie.

Ideſt, vive genialiter, eo modo, quo alius ſ in plures
Vivite luxuriosi, comedones, vivite ventres.

Alioqui primi verſus referri commode poſſint ad animi tranquillitatem, cui juncta honeſta voluptas, *quæ ſine juge convivium* t.

Quia lex tua meditatio mea eſt.) Hieronym. *delectatio* quam valet שעשועי *ſeſahhaſſiubhai*, quod vocabulum aliquoties antea *u* occurrit. Hæc eſt vita, de qua loquitur, ut nullas alias reputet delicias, niſi occupari circa meditationem legis, & *ut cordis meditatio* hæc ſit *in conſpectu Dei ſemper* x.

Verſ. 78.) Confundantur ſuperbi, quia injuſte iniquitatem feſecerunt in me; ego autem exercebor in mandatis tuis.

Senſus loci.

PRo etsi ad obtinendam gratiam ſervandæ legis ratio, ut confundatur inimici, quemadmodum ſecunda lumebatur ab ædificatione hominum piorum. Petit ſic per Dei gratiam perfectè cuſtodire divinam legem, in qua etiam exercere ſe alacriter velit, atque in mandatis, & meditandis, & implendis, ut inde confundantur ſuperbi prævaricatores, qui perſequendo inique conantur ipſum ad eamdem prævaricationem perttrahere. Optat, & optando prædicit fore, ut qui judicio iniquo perdere ipſum tentaverunt, ſpe, ac expectatione fruſtati, confundantur, & erubeſcant. Cupit vero interim, & quod in ſe eſt, vovet, tùm inter im, dum prava illi ſtudia ſua ſectantur, tùm poſtquam Deus dignatus fuerit eum ex illorum inſidiis, injuriſque liberare, exercere ſe in mandatis Dei, illa decantare, cum iis colloqui, ea ſecum volutare, eorum laudes celebrare, quorum ex obſervatione commodum tan- A
tum atque ſolatium cepiſſe, caperegq; adhuc poſſe certo
deprehendat. Tandem vel confuſionem, quam videtur
imprecari perſecutoribus, intelligit temporalem, ut reſipiſcant, quæranteq; nomen Domini, *faciem* habentes *impletam ignominia* y: quo pacto vetat Apoſtolus z *commiſceri cum inobediente, ut confundatur: nec ut inimicus habeatur ſed corripiatur ut frater* vel ſi id non proficit, æternam, *ut erubeſcant, & conturbentur in ſeculum ſeculi, & confundantur, & pereant* a. Sæpius in aliis pſalm s *b* inculcat
David hanc orationem, ut *erubeſcant & confundantur* ipſius inimici, ac, inquit, omnes, non autem ipſet idque memini monere valde, frequentatum in Eccleſiaſtico Miſſę
præſertim officio. Quod ad inviſibiles quoque hoſtes extendi poteſt. Annotat Hil. Ambr. alii, quod & nos alias
non ſemel, non eſſe hic maledicti orationem, neq; David.
retributionem injuriæ ſibi illatæ deprecari: à Propheta
hoc, qui & prædicator Evangelii ſit, id alienum eſſe: ut
rationem Evangelicæ charitatis exceſſerit, c *Diligite inimicos veſtros*, &c. rationem non pati, ut nunc vindictam
in ſuperbos, atq; injurioſos precari dicatur; ſed ut à pe- B
catis deſinant: quod qui facit, erubeſcit, finem peccandi
habens ex pudore peccatorum: hoc ipſum videri verſu
ſequenti ſignificatum: alio pſalmo *d* dixiſſe Prophetam, *Si reddidi retribuentibus mihi mala*, &c. Deteſtabiliores, inquit Ambr. ipſis criminibus ſuis illos eſſe, qui cum tanta
committant, non confunduntur, vel erubeſcunt, ſed gloriantur, tamquam vel pulchritudinis, vel potentiæ ſuæ
titulos deferentes. Maxima quædam erit pœna in judicio
univerſali *confundi à fructibus ſuis & ab idolis, quibus ſacrificatum ſit* f, *manifeſtari conſilia cordium, & abſcondita tenebrarum* g: *diſcooperiri peccata* h; *induci pudore & confuſione ſicut diploide* i: interius, exteriuſq; *gloriam in ignominiam commutari* k, *& in confuſionem* l: *cunctos filios ſuperbiæ, illos reſpiciente ſavere Judice, confundi* m. Legatur
Gregorius n de iſta confuſione. Affinis huic ſupra ſententia o. *Superbi inique agebant uſquequaque, à lege autem tua non declinavi, & multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua.*

Confundantur ſuperbi.) Hi ſunt, qui nunc incidatis locis
vocatur זרים *zedim*, & ὑπερήφανοι. De diabolis nomina- C
tim Lyr. Euth. Rick. exponunt de cœlo propter ſuperbiam ejectis, perpetuaque confuſione damnatis. Confuſionem quoq; patiuntur diaboli, quum ejiciuntur ex idolis, & humanis corporibus, & mentibus, tanta facilitate, ut per ſolam invocationem nominis Chriſti, & eorum
tentationes aſtutiſſimæ detegantur, ac ſuperantur, eorum perſecutiones evaneſcant, omnis conditionis, ætatis, ſexus homines illos parvo negotio vincunt, ſternuntq;
ipſis fortiter *humiles reſiſtunt* p per gratiam, quam Deus
reſiſtens ſuperbis, *humilibus dat* q. Similis confuſio filioram ſuperbiæ, quorum pater, & princeps Lucifer Eccleſiæ perſecutorum infidelium, hæreticorum, Catholicorum vitæ ſuperbiam ſectantium.

Quia in juſte iniquitatem fecerunt in me.) Hieron. *iniqua contrivrunt me*, שקר שחוני *ſcheker hhiuvethuni*: quod
alii explicant, *ſine cauſſa immerito, falſo, cum falſitate, & mendacio, fallaciter, & mendaciter perverterunt me: perverſe mecum egerunt, ac moleſti fuerunt, ſine cauſſa vexaverunt, offenderunt, læſerunt, perverſum eſſe me pronunciaverunt, ac velut iniquum diffamaverunt fraude mendacio, ca- D
lumnia*, quæ (*conturbat etiam ſapientem, & perdit robur cordis illius* r.) *pervertere me conati ſunt, & à recta vita ratione, ſtudioque divinæ legis deducere*. Ultima expoſitio
eſt R. Aben-Ezra. Parum refert legere, *geſſerunt in me*: cum Ambroſio: vel *fecerunt ſuper me*, cum Hilario. Quæri poteſt, cur non ſatis fuerit dixiſſe, *iniquitatem fecerunt*: ſed additum ſit *injuſte*. Reſpondet Euthy., quia dæmones propter invidiam nos aggreſſi ſunt. Lyran. reddit rationem communem omnibus perſecutoribus, quia poteſtate ſibi conceſſa uſi ſunt iniquia voluntate. Gloſſa interlinearis quum explicat, ſine judicio, attingit aliam, quæ à Camer. clarius exponitur, quod impii contra legis rectitudinem, juriſque formulam, & ordinem, nullo quod ajunt, facto proceſſu, juſtos inauditos damnaverunt, ac perſequuti ſunt. Ayg. videtur *iniquitatem* hic pro pœna
ſumi, ut ſolet quandoq; *facere iniquitatem juſte*, qui quempiam punit juſtè: *facere injuſte*, qui abſq; cauſſa, & hoc
ſibi Prophetam, hic velle. Docet Ambroſ. qui læſus cupiat ſe per legem vindicare, ut lex Moyſis permittebat, maxime quæ dicitur talionis, juſte videri *facere iniquitatem*: ſed non ſecundùm Evangelii præcepta: ideoque
Chriſtum dixiſſe, *non veniſſe ſe vocare juſtos, ſed peccato-*

res a: quia Judæi ad vindicandum ſe auctoritate legis
utebantur. Sic *injuſtè facere* cenſeretur non ſolum, quia
nulla fultus lege vindicaret ſe ipſum: ſed qui nulla lacéſitus injuria injuriam irrogaret. Remigius *in injuſtè facta iniquitate* agnoſcit non modo defectum culpæ in illo
cui fiat: ſed etiam ingratitudinem in faciente, dùm pro
bonis mala retribuit. Novum præterea importat ſenſum
id quod retuli ex R. Aben-Ezra, cùm quis propria non
contentus malitia, nititur alios eadem non inurere, &
ad male quoque agendum pertrahere. Congruunt
omnia, niſi quod magis myſticè agit Ambroſ. nec
ſimpliciter inhibita eſt in lege Evangelica ſeſe vindicandi ſecundùm juris ordinem ratio, de lege autem talionis, quo pacto permiſſa eſſet, nunc ve permittipoſſit, quam Bruno Carthuſianus videtur hoc loco damnare, alias egimus. In veritate humiliatum ſe David
antea faſſus eſt *b*: quæritur hic, abique cauſſa, quam prætendebant adverſarii ſuperbi, paſſum ſe ab ipſis.

Ego autem exercebor in mandatis tuis.) Hier. *loquar in præceptis tuis*. Eſt אשיחה *aſciichah* quod toties antea occurrit, pro quo Chaldæus uſurpat שיחלל *amallel*, quod B
loqui propriæ ſignificat. Græcum quo que ἀδολεσχέω
aliàs expendimus. Quæ verba non tam exercitium operis
innuunt, quam mentis, aut ſermonis. Vertit Apollinarius
μελετήσω, *reſonabo*. Quamvis de opere Latini ferè accipiant, ut ſeipſum David exercere ſignificet in mandatis
Dei, vivendo juſtè, religioſè prædicando, injurias
non retribuendo, tolerando patienter, *orando* etiam
pro perſequentibus, ab benefacicndo illis c. Quidam præ- C
terea *exerceri* referunt ad tribulationem, ut ea ſe
dicat *exerceri* velle *in mandatis*, hoc eſt, juxta Dei
mandata, & patientiam, conſtantiamque retinendo,
& ab eorum obſervatione minimè recedendo.

Verſ. 79.) Convertantur mihi timentes te, & qui noverunt teſtimonia tua.

Senſus loci.

QUemadmodum ſuperborum confuſionem vèl imprecatus fuerat, vel prædixerat, ſic optat, aut futurum quoq; pronunciat, ut pii, ac religioſi, qui fortè ab
illis ſeducti, eorumve metu, calumnia, perſecutione deterriti, ſubduxerunt ſeſe, atq; abſconderunt, nec ita aperte ipſi favere, ipſum intueri, cum illo agere audebant, aut
divina ſervare mandata, eo quod illum pati perſecutionem viderent, convertantur, revertanturq; ad eum, liberè intueantur, colloquantur, collætentur etiam de proſpero rerum ipſius exitu, conjunctis deinceps, ac de integro animis, legem Dei confidentius cuſtodiant, quamq;
divinæ legis habent ſcientiam, & Dei timorem palam,
& fortiter profiteantur. Putant vero Chryſ. Theodoretus, quiq; dicitur Baſilius, orare Davidem, ut ad priſtinam ſecum redeant amicitiam pii, ac religioſi viri, qui
ab eo deceſſerant, ejuſq; conſuetudinem, ac familiaritatem deſerverant, poſtquam adulterium, & homicidium
commiſiſſet. Confirmant verſione Symmachi ἐπιστρεψ.
ψάτωσαν, ut revocent me nimirum ad amicitiam ſuam:
vel reverantur ad me, nempe ut ſint amici, & familia- D
res eo modo, quo erant prius. Aliis placet cum Origine
d non loqui de recuperanda amicitia, ſed de acquirenda,
ut ſcilicet ſicut confuſos cupiebat ſuperbos, ita deſideraret juſtos, & modeſtos ad ſe venire, iſſque gratiam ſuã,
& lætitiam communicare. Euthymius & Nicephorus
mediæ vocis ἐπιστρέψωσι activè ſumentes, cum pro
nomine με, ajunt petere Prophetam, ut qui timent Deum
ipſiuſq; teſtimonia noverunt illum ſi quando ſeductus
aberraverit à mandatis divinis, convertant, arguant, corrigant, verbis & eaſtigatione revocent. Quod Anaſtaſius
ſub perſona captivorum in Babylone, de quibus integrum pſalmum interpretatur, dictum vult: qui ſe dicant malle, quum redierint in patriam, ut ſui eos Principes puniant, quam externi, utpote qui verſati in lege, moderatiùs & utiliùs id facturi ſint. In Apollinario alium
adhuc ſenſum deprehendo, ut ad Dei perfugium convertantur, qui Deo ſerviunt ejuſque teſtimonia ſciunt.

δῶμεν ἑαυτοὺς τῷ θεῷ προθύμως· ἐρεῖ
μαρτυρίας αὐτοῦ δοῦλοι ἀφοσιούμενοι βασιλέως.
Servi convertant (ſe) vel *convertantur* (ad) *tuum, trementes perfugium.*
Teſtimonia ſcientes induſtrii Regis.

Hoc pacto Apollinarius aut omiſit omnino pronomen, quod nunc extat, με, aut pro iſto legit μοι in dativo, in

Quo caſu habet interdum uſum hortandi, vel optandi, vel indicandi commodum perſonæ, vel ornandi orationem, vel etiam renundat. Quod ſi admittamus, ita quoq; liceret juxta noſtram translationem exponere, *convertantur mihi timentes te, & qui noverunt teſtimonia tua*, ideſt non ad me convertatur, ſed ad te, & accedentes ad *Pſal.* 33. 6
te (quod alibi g canitur) illuminentur, & facies eorum
non confundantur: quemadmodum proximè optare me
ſignificavi; ut ſuperbi injuſtè iniquitatem facientes in
me, confundantur. Et quidem *convertantur mihi*, ideſt,
magno meo gaudio & voluptate, ut Genebrardo placet,
& Martino Alphonſo, vel aliis modis, quos nunc dixi, de
vario uſu pronominis. Præterea ex Ambr. ad utilitatem
illorum, ut de gratia, quæ in me eſt, aliis conferam. Origenis videtur legiſſe πρός με *ad me*, & ita reperiſſe le Agellius teſtatur in vetere codice Vaticano, ſed reſentiore
manuſcripto. Nonnumquam præpoſitio Græca ſubintelligitur ante nomen, aut pronomen illa ipſa, quæ in compoſito verbo ponitur, ut hoc loco ἐπὶ ante με, quę in ver-
bo ἐπιστρεψάτωσαν includitur. Communis præterea ex- h *Exod.* 32.
poſitio, ut *convertantur mihi* ſit idem, quod *ad me*. Quaſi 26
diceret, inquit Remigius *h qui Dei eſt jungatur mihi*. Vel,
ut Hilarius, Ambroſ. Beda, Bruno, Carthuſianus, Hugo,
Haimo ita ut *aſſentiantur ſimiles mihi*: qui nempe exerceor
in mandatis tuis: vel ut Lyra Ayguanus Dionyſius, Rickelius, ut auxilientur mihi à ſuperbis vexato: vel, ut Tielmanus, malo ſocietatem etiam unius te diligentis, quã multorum millium, legem tuam prævaricantium. Quem
ſenſum poſſet efficere etiam activum verbum, ſupplendo
(*ſe, convertant ſe mihi*, ſive *ad me*: & idem eſt, ſive legas
Hebr. ut nunc eſt ישובוני *jaſcivu li, revertantur mihi*,
vel *ad me*, ſicut Hier. tranſtulit, & extat in aliis Latinis
Pſalteriis, ac Patribus. *convertantur ad me*: ſive ut legi
vult Agellius ישיבו לי *jaſeivu li, redire faciant mihi*,
nempe ſeipſos, aut *reddant mihi ſeipſos*. Præter allatas at- Expoſitio
tem litterales expoſitiones: aliam affert Auguſt. Proſper myſtica.
Gloſſa interlinearis, quam cenſeo myſticam, ut Chriſtus
loquatur, quemadmodum & ſuperius i loquutum volunt
Participes ego ſum omnium timentium te, &c. quoniam qui i *verſ.* 63.
factus eſt particeps mortalitatis noſtræ, ut & nos parti- k *homil.* 17
cipes ipſius divinitatis fieremus, ipſe eſt, ad quem converteruntur timentes Deum, & c. Idem judicio de Auctore
k operis imperfecti, cum ſententiam iſtam accommodat
ad Apoſtolos, & omnes bonos, qui erant ex Judæis, tranſlatos à Chriſto in novam Eccleſiam. Ille porro ſenſus
litteralior, & communior admonet nos, quam ſit utilis,
diligenterque pro curanda bonorum ſocietas, ut *abſtineamus nos ab omni fratre inordinate ambulante* l *memores* l 2. *Theſſ* 3. 6
corrumpi bonos mores, colloquiis *pravis* m. Deinde quan- m 1. *Cor.* 15.
to deſiderio ac ſtudio complectanda proximi ſalus, ut 33
unumquemque optemus eſſe ſicut nos ipſos, exemplo n *Exod.* 36.
Pauli *n*: ut ſit trahat *cortina cortinam* o: erectæ ſint *penna* 10. 11. 12
alterius ad alterum p *percutiantque altera alteras* q: qui p *Ezech.* 1. 9.
audit, *dicat Veni* r: Hoc eſt *perfectis odio odiſſe eos*, *qui* q *cap.* 3. 13
Deum oderunt ſ: *congerere carbones ſuper capita inimicorum* t *Apoc.* 11. 17
t: *vincere in bono malum* u, efficere ut *convertantur ad* u *Pſ.* 138. 21
nos, non nos ad illos x, morum videlicet ſimilitudine: *ſicut* t *Pro.* 25. 22.
accepimus gratiam, in alterutrum illam adminiſtrare y. *Rom.* 12. 20
u *ita.* 21
Poſtrema tropologia ponit in aliis timorem Dei non- x *Jere.* 15. 19
dum perfectum, & cognitionem teſtimoniorum ipſius y 1. *Pet.* 4. 10
nondum ſatis ad uſum redactam: prima indicat magis Tropologia
veros cultores Dei. Verum de his actum crebro alias
& hæc ipſa attingunter hic ab Avendano.

Convertantur mihi.) Non repetam varias lectiones, tranſlationeſq; quas prius oportuit commemorare. Ambroſ. & Auguſt. legentes, *ad me*, faciunt de noſtra verſione mentionem. Licet vero prior diſcrimen agnoſcat, ut *convertantur ad me*, ſit ad doctrinam prophetican, dediſcendo pudenda committere, &c. *convertantur mihi*, ſit illi jam juſto, ut eis quoque juſtis conferat de gratia ſua, tamen poſterior tantundem valere utrumque exiſtimat. Quod etiam credo, & ſatis ex dictis conſtat.

Timentes te.) Illi ipſi de quibus antea z, *Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur*. Converſionem, ut ſit ad Deũ z *verſ.* 74
accipientes, Caſſiodorus & Hugo, imperfectionem timoris agnoſcunt, ac etiam adhuc ſervilem eſſe. Hugo præterea ſubtilius, ut ſolet, iſtos timentes ait eſſe laicos: qui ſequenti in membro dicuntur *noviſſe teſtimonia Dei*: clericos: & ex his quidem pauciores converti ſolere: quam ex illis. Timentes, & noſcentes teſtimonia vere jam juſtos intelligimus, juxta communiorem explanationem ut ſibi tales David adjungi poſcat.

Facere iniquitatem juſte quid ſit.

Apud Agellium.

Apud Agellium.

Et qui noverunt testimonia tua.) Hier. *testimonium suum* legit forsan Hebraice עדותיך *hheduthecha* nomen numeri singularis, non autem, ut nunc extat a עדה *hhedah* pluraliter עדותיך *hhedothecha*. Illud nomen singulare habetur etiam in psalmo 118. a *testimonium Domini fidele*. Ita vocatam legem, & mandata ipse dixi, quod essent Hebræis testimonio, illos ea super le recepisse. Verum, ut Ambrosii utar verbis, de testimoniis puto jam non opus esse repetere, quum ante jam dictum sit.

a vers 3

Vers. 80.) Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar.

Sensus loci. VEritus confusionem, & quam hic exigit malæ actæ vitæ, de quæ pe catis pœnitudo, & multo magis æternam, quæ consequitur in impœnitentia decedentes, & quam utramque jam prius adversarius suis superbis, ac iniquis vel est imprecatus, vel prædixit: claudit hanc ogdoadem, flagitans gratiam iæpe, sepiusque pro legis custodia postulata tamen custodiat eam corde integro, & perfecto. Quod etiam obtinetur, ut Arnobius insinuat, per societatem bonorum, quam sibi placere, ac optare, præcedente significavit versu, & malorum devitationem, à quibus abhorrere se indicavit versu 78, ut sine timore de manu illorum liberatus, Deo serviat *in sanctitate & justitia coram ipso omnibus diebus* vitæ suæ *b*, atque quod tanti nomen *duxit*, sine querela, & reprehensione. *Omni custodia cor custodiendum* censet Sapiens, *unde vita procedit c*, ne qua macula in infectum, intereat: vel ex infecto *exeant cogitationes malæ homicidia d*, &c. at tot indecentiorumque vitiorum, quasi ex quodam fomite initia suggerantur. Sapienter Hilarius isto modesti Davidis exemplo, nos ad modestiam, humilitatemque invitat, orantis, ut sibi immaculatum cor fiat. Exercetur, ait, in mandatis meditatur in lege: justitiam judiciorum Dei cognovit: timentes Deum conspectu ejus lætantur: manibus Dei factus, atque formatus est, & non audet dicere immaculatum cor sibi esse. Et audemus interdum præferre innocentiam nostram jactate vitiorum abstinentiam, & puros nos à peccatis, atque iniquitatibus gloriari? Exaggerat ide n Ambr. quandoque excelsior erat Propheta, vel munere Prophetiæ, vel regni gratia, tanto magis secutum humilitatem, & docuisse quid nos debeamus imitari eo quod Propheta tantus immaculatum cor fieri sibi deposcit: lu psa e postulaviſſe *cor mundum creari* in le, non fieri: ut de integro id instauraret DEUS, & mundaret; majorem in hoc sermone ambitum esse: grande enim cor esse à Domino creatum, quod recipiat verbum de cœlestibus virtutibus, ac potestatibus, grande cor, quod recipiat ipsum Dominum: *cor immaculatum* postulare, qui a quadam veluti indecentium cogitationum colluvione maculatur *f*: tamquam cœnolentur eos: hunc fontem justificatione legirima mundari, hoc est, confessione peccatorum: nemini gloriandum *castum se habere cor g*, sed *qui gloriatur, in Domino gloriari debere h*, qui sanctis cor mundum creare dignatus est, & immaculatum facere justificationibus suis: has justificationes innui verbis illis *i*, *Dic iniquitates tuas, ut justificeris*: qui hoc modo justificatur, non confundit: quia pudorem matura confessione prævenit. Favet iste Ambrosii locus confessioni sacramentali, recreræ, auriculari. Cassiod. & alii, perpendunt ferè eadem: & ille, hoc *immaculatum cor* postulari: quod ante resurrectionem (dicerem ante mortem) obtineri non tolet: & quod solam Christi Domini certum ut habuisse sanctitate n, scilicet, ut fibi per se debitam. De munditia cordis immaculati, quatenus haberi etiam valet hac vita ut vertu primo significatum est, incidit nobis hinc inde disputatio in isto ipso opere. Isti munditiæ attribuitur visio Dei *k* formalis beatitudo nostra: negatur que *sine sanctimonia videri Deum posse l*, & *immundum non habere hereditatem in regno Dei m*, & *quidquam coinquinatum intrare illuc non posse*, n monemur item, ut *tantas habentes promissiones, mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus* o: Munditia cordis, & conscientiæ puritas, ac Chromatius p, nullam nubem ad intuendum Dominum patiuntur. *Abominabilis quisque sit sicut ea quæ diligit* q: *oculus simplex totum corpus* operum *lucidum reddit*: *oculus nequam tenebrosum* r. Amph rx, quam vidit Zacharias, nonnen erat, *oculos eorum in terra*, in ejus autem medio sedebat fœmina nomine *Impietas*. *Sunt oculi stultorum* non *in capite* Christo, sed *in finibus terræ* s, illoque impii *statuerunt declinare in terram* u, pecudis pronæ more, non hominis, cui os datum sublime, ut cœlum oculis spectaret, atque cœlestia, nec terrenis defixus inficeretur. *Virsecundum cor Dei* David x quid mirum si hac delectatus cordis munditia, toties eam repetit & expetit? *Ingredi sine macula: immaculatum esse, & mundum corde*, postulare *cor mundum creari, rectum cor* habere, & *directionem cordis, toto corde confiteri, exquirere Dominum*: aliaque multa facere, *parato corde esse, esse Deum cordis sui, innocentiam cordis gerere, non adhærere sibi cor parvum*, velle à *Deo sciri cor suum*, id *eorum ipso effundere*, petere *ne id inclinet* Deus *in avaritiam*, vel *ad excusandas excusationes in peccatis*: valde cupidum & studiosum demonstrant cordis mundi, puri, immaculati, recti. Licitas alioquin, honestaltque Cæcilia devitans nuptias, usumque illarum, cantantibus organis Domino decantabat istius versiculi sententiam, cui similis oratio in hymno y.

Repelle à servis tuis quidquid per immunditiam
Aut moribus se suggerit, aut actibus se interserit,

Carnis immunditia cor maxime fœdat. Nihil fedat cor magis, quam spurcitia carnis, ut nihil æquè spiritui adversatur ut caro. Pudeat vel talium os fœdore commemoratione, quæ non nomi anda sunt nobis, *sicut decet sanctos z*, Architam ferunt, non sanctum profecto, attamen rationi hac in parte obsequentem, si quid spurcum ieries disputationis cogeret discere, nihil quidem dixisset sed parieti, ut auditores legeretur, inscripsisse *a*. & Clitomatum Pancratiastem, si bruta incidisset naturæ operantia, oculos avertisse, si qua minus honesta in convivio proferentur verba, à mensa surrexisse *b*: denique Ilæum gloriosiam interrogatum, num formosa videretur ostenda ei formosissima mulier, πέπαυμαι respondisse ὀφθαλμῶν δεῖσι laborare ab oculis, illam ne respiciendo quidem *c*. *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum*, (quæ diffunditur in eum, qui cor purum habet, quoniam *ex abundantia cordis os*, labiaque *loquuntur d*) *habebit amicum Regem e*. *Fide corda purificantur f*, & *sermone divino g* tamquam *aurea* speculo *h* lixivio ex aqua lacrymarum, & cinere meditatæ mortis confecto, confessione peccatorum, eleemosyna, oratione, igne tentationis, ac tribulationis, tyncera charitate atque castitate, ut malit qui mori, quam fœdari, illius exemplo animalculi, quod luteo incluſum venatores circulo capiunt: quia ne polluatur luto, eum transilire detrectat. *Generatio* repetur, *quæ sibi mundo videtur, & tamen non est lota à sordibus suis*: *confundentur* isti *vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod numquam delebitur* k. Mundata & immaculata facta generatio non *confundetur super cunctis adinventionibus suis, quibus prævaricata est in Deum*. *Novit Dominus dies immaculatorum, quorum hæreditas in æternum erit, & non confundentur in tempore malo* in *Elegit nos Deus in Christo ante mundi constitutionem*, *ut essemus sancti, & immaculati in conspectu ejus in charitate* n. Propterea *satagere* nos oportet, *ut immaculati, & inviolati Deo inveniamur in pace* o.

Fiat cor meum immaculatum.) Hieron. *perfectum*, תמים *thamim*, quod alii etiam reddunt *sincerum*, *integrum*, *purum*: & juxta Græcum ἄμωμος vetti potest *irreprehensibile*. Chaldaicé בלא כוים *belo mum*, *absque macula*, *sine fuco*, *fallacia simulatione*, *defectu voluntatis*: ita ut nulla cordis pars desit, nec sit debile ad justificationes perdiscendas, vel exequendas. Lege versum primum.

In justificationibus tuis.) Hieron. *in præceptis tuis*, בחקיך *bechukkechha*. Quod quidam declarant, ut fiat cor sine macula, integrumque in lactificiis ceremoniisque, ac liberum ab omni legis immunditia, atq; reprehensione: vici autem *justificationes* δικαιώματα, quod his homines pronunciarentur justi exterius, sententia Sacerdotum. Sed pluries admonui, generalius accipi posse: hoc autem loco debere etiam ita sumi, *cordis immaculati* mentio suadet. Nam ut satis fieret ceremonialibus præceptis, non erat omnino necessaria cordis munditia; nec eorum vi animi, ac cordis justitia in fundebatur, sed tantum significabatur eo ritu, ac judicio externo.

Ut non confundar.) Confusione temporali, & æterna externa, & interna, de quibus dictum antea satis, ut vituperatione, atque confusione opera digna non fiant.

CAPH.

---

a Psal. 118. 99.
b Luc. 2. 25.
c 2. Tim. 4. 8. d Apoc. 6. 7. 20
e Philoſtrat. in Sophiſtis.
f Act. 15. 9.
g Joan. 15. 3.
h Exod. 25. 18. 20. 29. 38. Jacobi 1. 23
i Prov. 30. 22
k Jerem. 20. 11
l Sapb. 3. 11
m Pſ. 36. 18. 19
n Epheſ. 1. 4. 2. Petr. 3. 14
u Pſ. 25. 21
x 2. Reg. 23. 25. Act. 13. 22.
y hym. feria 6. ad Veſp.

Vers. 81.) Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum iuper speravi.

Vers. 82. Defecerunt oculi mei in eloquium tunm, dicentes: Quando consolaberis me.

Sensus loci. VIdetur propheta in octonario isto exponere desiderium suum, ut Deus repetat vindictam de perfecutoribus, qui eum vivere & quiescere non sinebant, nec liberè Dei servare mandata, quemadmodum gestiebat. Id quum differtur, nec promissa, expectata que affertur salus, affecit his primis duobus versibus, ac partim etiam in sequenti, animi se quoddam, & corporis deliquium passum, atque vocibus querulis percontatum, ecquando tandem dignaretur Deus afflictioni, & calamitati remedium præbere, ac solatium. Nam ipes, *quæ differtur, affligit animam a*. Convenit hoc Davidi à Saule, aut Absalone perfecutionem tolerati, aut captivis Hebræis in Babylone; aut cuilibet justo calamitoso, aut justis antequam Christus adveniret, ardentibus votis adventum ipsius concupiscentibus, & depoſcentibus. Placet Enarratoribus Græcis, qui extant, ultimum; ac præterea cuidam anonymo, & Eusebio, quos recitat Agellius. Latini sequuti Augustin., præter veterum desideria, cujusmodi erant maxime in sene Simeone *b*, Ecclesiâ, hic loquentem faciunt, præsertim partem ejus nobiliorem quæ constat ex Martyribus, *adventum* Christi *secundum dilligentibus c*, expetentibus, expectantibus, ad eum fere modum, quo Joannes *vidit d*, & audivit *animas interfectorum sub altari* vindictam flagitantes, & suorum gloriosiam resurrectionem, atque dicenti Christo, *Ecce venio cito*, respondentes, *Amen Veni Domine Jesu e*. Ante hos Latinos Hilarius, Ambrosiusque Græcorum, ut solent, adhæserunt expositioni. Duplicis hujusce adventus Christi vehementiam desiderii, quod justi conceperunt, concipiuntq; non est opus multis demonstrare, nec semel incidit alibi in locis de utroq; mentio. Concedi vero Lyrano potest, hic deincepsq; agi præsertim de vita contemplativa: hucusq; actum de activa, & de illius tractari suavitate, quæ oritur ex objecto contemplato, modo contemplandi, sublimitate suavitatis: & in his autem primis versibus duobus de vi dictæ suavitatis, ut animam rapiat, extraque se constituat per modum ecstasis, cum defectu, seu deliquio, atque defatigatione sensuum externorum, & quodam genere mortis, per separationem animæ à corpore, secundùm saltem usum, & functionem partis animalis, quam quoq; moriendi rationem Philosophi nonnulli agnoverunt definiendo mortis meditationem Philosophiam. Sed, quod illi comminiscendo utcumque attigerunt, hoc meliores Philosophi Christiani nonnulli experimento vero comprobarunt, ac veluti regales animæ, similes Esther *f*, ante summi Regis soliû exanimati sunt, atque instar Sabæ, viso divino Salomone, *absque spiritu g*, tremanseruntt, & quemadmodum Daniel *h*, divinis dignati contemplationibus, ac visionibus, elanguerunt, & velut Jeremias, *ignem in corde* ardentem senserunt, *flammantem in ossibus*, dissoluti undiq, ac *ferre non valentes i*, item *amore languentes*, tamquam sponsa *floribus fulciri, stipari malis* expetierunt *k*, & ut Jacob ex pugna quadam, & colluctatione, victoriam de Deo ipso, altero pede partis inferioris claudica verunt: tandem quum sibi Deum pro *Deo* propoſuissent, *defecit in illis caro, & cor l*, ac unus spiritus facti sunt cum illo *m*, ita ut jam *non viverent ipsi, sed in ipsis Christus n*, *optimam partem eligentes, numquam auferendam ab eis o*. Ibi anima, ubi amor: *concupiscit, & deficit illa in atria Domini p*, *desiderat ad Deum*, *quemadmodum cervus ad fontes aquarum*, *& sitit*, usquequo veniat, & *appareat ante faciem ipsius*, interim *lacrymis*, in quas tota resolvitur, seipsam paicens pro *panibus q*, & dum *sitit multipliciter in eum caro cum anima* r exhauritur, ac destituitur: *effundit in conspectu illius* cor animâ *orationem & tribulationem pronuntiat*, sicque *deficit ex ipso spiritus ejus* s. Otiosos putandos negat Ambrosius, qui verbo student, nec plurisæstimandos ait, qui operantur, quam eos, qui studium cognoscendæ veritatis exercent: sed magis opus istud esse, quam cetera: operarum enim Christum secundùm quod verbum est, quum esset in principio apud Patrem: Maria audientem verbum Dei antelatam Marthæ, quæ ministrabat; quando Paulus *t* dixit, *non in sermone regnum Dei esse sed in virtute*, de sermone, quem inflatus effuderit, intellexisse, qui audientibus pro-

a Pſ. 118. 81.
b Sap. 9. 15. c Pſ. 137. 7. d Apoc. 6. 10. e 2. Cor. 5. 8. f Luc. 13. 31.
g cap. 37. 5. h Pſ. 50. 7
i Reg. 8. 23
k Pſ. 62. 2
l Cor. 73. 26. 28. m 1. Cor. 6. 17. n Gal. 2. 20. o Luc. 16. 42. p Pſ. 83. 3
q Pſ. 42. 4. r Pſ. 62. 2
s Pſ. 141. 5
t 1. Cor. 4. 20

A deſse non possit, ut sit sine *ostensione spiritus, atque virtutis u*, philosophicus, vanus. Nazianzenus testatur, se sic gloriam cœlestem appetiisse, ut dicere posset, *defecit in salutare tuum anima mea*: qui est eorum affectus, ait Elias *x*, qui maximè quid concupiscunt, & se, quum res concupita moram trahit, animo defici ajunt, quod ipsius dilationem ferre nequeant.

Caph.) Ambrosius interpretatur *curvati sunt*: curvari autem pœnitentem mente potius, quam cervice: Jeremiâ sub hac littera in Threnis *y* dicere, *quia non repellet in sempiternum Dominus: quia quum humiliaverit, miserebitur*, item *z*, quod *omnis populus ejus ingemiscens, quærentes panem dederunt desideria sua in escam*. Addit Haimo veteres illos Patres, incurvatos veluti milites veteranos, annis graves, annosos, senes, labore fessos & onere, jugoque legis pressos *a*, à quo liberari per Messiæ cupiebant adventum. Adjice præterea, cum Brunone Carthusiano, Pampolitano, Hugone, omnes homines, quorum animæ *à corruptibilibus corporibus aggravantur, & sensus deprimuntur à terrena inhabitatione b*: ita ut miseri *incurruntur usque in finem c*, *super que magnitudine malorum intendant currui d*, ac *supra modum graventur*, ut Apostolus *e* de se scribebat, similes mulieri incurvæ de Evangelio *f*, pondere tribulationum graventur, multoq; magis iniquitatum, quæ *sicut onus grave super eos g*, nec non & *laqueorum, qui parantur pedibus*: ab iis, qui *incurvant animas* h. Observat adhuc Ciconia, post litteram ל *lod*, quæ perfectionem innuit, aptè litteram כ *caph* pro *vola manus*, quæ curva est, ac proinde pro tanta manu: præterea pro ramo incurvo. Humiliationem & nubem Zamorensis explicat. Ayguanus ait octonarii hujus versiculis octo, totidem cõtineri effectus, qui nos ad incurvanté humilitatem inducant, ne spe charitatem erga Deum puritatem mentis à mũdo segregantè, castitatem, carnis motus regulantem, sanctitatem, carnis mortem postulantem veritatem vana, & falsa fugientè, firmitatem, adversa, dura tolerantem, operositatem, quod imperat Deus agentè.

Defecit in salutare tuum anima mea.) Græcè in præsenti, ἐκλείπει, *deficit*, quo etiam modo reperio in Latina versione Bibliorum Complutensium & Regiorũ, non tolum in transitione, quem edidit Andr. Cratander. Non magni refert, ac in præterito quoque Apoll. expoluit,

Σκηπτόν πεῖ ἐμὸν ψυχὴ ἐλλείπουσ' ἀπ.

Divinum circa lumen mea mens extensa est.

Denique sequentia verba tunt præteriti temporis etiam Græcè. Defectum istum notant cum August. *k*, bonum esse, nec profectui oppositum, qui bonum quid per se sonat, sicut defectus malũ: quamvis ex adjunctis profectus esse possit malus *l*, defectus bonus *m*, quum nempe deficit quis à malo ad bonum, aut in malum proficit deficiens à bono. Defectus igitur iste denotat vehementiam sancti desiderii, tpei, expectationis, qualis est in iis, qui se animo defici, ac linqui sentiunt, quod rei expetitæ, & expectatæ compotes non fiant. Declarat Ambrosius tũm exemplo amoris turpis, & impatientis, die, noctuq; meretricias fores pulsantis, & si diutius potiendi desideria differantur, ipsa deficientis expectatione, dum speratitum honestioris in uxore Tobiæ, quæ filium peregrinatem expectando, deficiebat à desiderio, & in angustiis constituta erat, & tamque resoluta viribus *n*, ita: sanctus, & timens Deum inquit, nescit aliud desiderare, nisi salutare Dei, quod est Christus *JESUS*, (hoc loco non est שיוצה *iesuhhah* proximè referens nomen *JESU*, sed תשועה *thesetiuhhah*, quam vis utroq; significetur *salus*) illum concupiscit, illũ desiderat, illum totis intendit viribus, illum gremio mentis fovet, illi se aperit & effundit. & hoc tolum veretur ne illũ possit amittere, denique ista defectio imminutionem quidem fragilitatis, sed assumtionem virtutis operatur. Gregorius *o*, legens, *in salutari tuo* sicut est in Romano Psalterio, apudq; Arnobium, Cassiodorum, putatum Hieron., & quem postea citabo Justum Orgelitanum, defectionẽ istam accipit pro humilitate spiritus *p*, quum quis spiritu superbiæ evacuatur: nisi enim quis à semetipso deficiat, ad eum, qui supra ipsum est, non appropinquare: propterea Reginam Saba *spiritum ultra non habuisse q*, audita sapientia Salomonis, & ministris ejus *q*, quia

u cap. 2. 4. orat. 10. in Cæsar. x Iliad. 8. num. 272.
y cap. 3. 31
z cap. 1. 11
a Act. 15. 10
b Sap. 9. 15. c Pſ. 137. 7. d Zach. 1. 18. e 2. Cor. 11. 8. f Luc. 13. 11
g cap. 37. 5. h Pſ. 56. 7
i Reg. 8. 23
k Jerem. 2. 32
l 1. Tim. 3. 9. 15. m Pſ. 83. 3
n Tob. 5. 23. & ſeqq.
o in Pſalt. pœnit.
p Matt. 5. 3
q 3. Reg. 10. 5

electorū Ecclesia de gentibus congregata, cognita Christi gratia, & Evangelicæ doctrinæ inventis magistris, abjecto superbiæ spiritu, omniq; relationis fastu depositō, didicit de ieipta diffidere, & in Regis sui misericordia magna sperare, idcirco alibi Propheta petere *velociter exaudiri, quia defecerit in eo* hic *spiritus* aritem vaticinari, quod quum *abstulerit Deus spiritum istum ab hominibus*, nimirū superbis, *deficient* b: denique qui *tremit deficere, & non requiescere spiritum Domini, nisi super humilem, ac trementem sermones Dei* c. Ad hæc ait, qui in Auctoris sui amore roborantur, quo magis in concupita fortitudine convalescunt, eo à propria virture deficere, & quo robustius æternā appetant, eo à temporalibus salubri defectione lassari Psalmistam hoc loco amoris sui robore fessum, in salutare Dei proficiendo defecisse, quia æternitatis lucem desiderans, à carnis jam fiducia fractus anhelabat. Citat deinde ex ps. 83. *concupiscit & deficit anima mea in atria Domini*: * & notat, quod valde minor est divinitatis concupiscentia, quam non mox etiam proprius sequitur defectus. Sed adi Auctorem plura in eamdem sententiam pissime disserentem. Justus Orgelitanus *d* tractans illud ex Canticis *e*, *fulcite me floribus, & stipate me malis, quia amore langueo*, dicensq; non esse hunc languorem morbi, sed ineffabilis desiderii, confirmansq; præsenti sententia, fœlices asserit illos, qui tali profectu proficiunt: quodammodo autem qui multum desiderat languescere, & deficere, donec optata, vel quæsita reperiat. Ambr. *f* alio quodam loco legens, *defecit anima mea in verbum tuum*: ait hoc Davidem dixisse, ut cœlestibus se attexeret, & a terrenis separaret, eo quod ordinem vivendi, atque usum non in terrenis voluptatibus, sed in verbi agnitione posuisset. In exemplum istius defectus præter alios, quos antea protuli, adjungi potest Magdalena, in lacrymas resoluta ante Christi pedes, soluto capillo, vacans unctioni pedum, & oculisq; deincepsq; *auditionis verborum* h *ejus*. Alteram Ruth appellare possis, cujus ety mon est, *deficiens, festinans, amarans: defecit anima ipsius in salutare*, ac salvatorem, ad quem festinavit, & quo simul, cum Pharisæi opprobriis *i* pasta futuritaque est, oblita cibos externos, quamvis tempus observaverit, quo Christus invitatus, lis piscebatur; sicut Ruth tempus exipectavit, quo *Booz comederet, biberet, recumberet* k, trahebat illam, inquit Gregorius *l*, desiderii saturorum bonorum, & impellebat memoria præteritorum malorum: hinc adventura provocabat amor, illinc de præteritis verecundia instigabat, eo magis ignoscebat ad requirendum desiderium pietatis DEI, quo magis erubescebat memoriam iniquitatis suæ. Non dubito, quin per defectum animæ in salutare Dei, David intelligi velit attenuatas corporis vires: ut contingit intensius quidpiam concupiscentibus: quod etiam sequens utris in pruina cor ugati comparatio satis indicat.

Et in verbum tuum supersperavi.) Alii, quos ante dixi, *in verbo meo speravi*. Hieronymus, omissa conjunctione, quæ non est in Hebræo textu, *verbum tuum expectavi*. Habet etiam vetus Psalterium, Augustinus, Hilarius, Ambr., Prosper, simplex *verbum*: sed Augustinus monet de compósito. Hilarius legit, *spero*, in Prospero extat: *semper speravi*, sed mendose, ut existimo; quia in ejusdem Commentario legitur, *Supersperavi*. De hoc verbo, & יחלתי & *iicholti* egimus versu 43. & 74.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum.) Hieron. *consumti sunt oculi mei in verbum tuum*. Potuit reddere, *defecerunt*: sicut vertebat: *deficit in salutare*: & *in eloquium*, sed syn onyma omnia putavit esse, nec discrimen esse inter *eloquium*, & *verbum* λογιον, & λογον: licèt Augustinus, aliquod agnoscat, ut aliàs notavi. Quando aliquem desideramus & sperámus ad fore, eo inquit Ambrosius, dirigimus oculos, unde speramus esse venturum: contentiùs diù continua expectatione deficimus, quemadmodum accidit Annæ Tobiæ filii adventum, circumspiciendo in viam, sollicitis exploranti excubiis *m*, & Davidi, qui currente de prælio altero post alterum, qui nuntiaret, posuit in turre exploratores, ex quibus de salute filii rescire gestiebat *n*. *Attenuantur oculi suspicientes in excelsum* o, & aspiciendi contentio spirituum defectionem, consumtionemq; efficit. Intentè respicit aliquem, qui totus ab eo pendet, ac illius nutus observat, sicut servi, & ancillæ *p*. Ad eumdem modum Prophetam suspensum pependisse se significat, defixis in eloquium promissum voluntate Dei oculis: & quod postea *q* repetit *oculos suos defecisse in salutare Dei, & in eloquium justitiæ illius*. Eadem phrasi dictum alio *r* ps. *defecerunt oculi mei dum spero in Deum vivum*: & in Threnis *s*, *quum adhuc subsisteremus, defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum*. Quem defectio tenet pro peccatoribus derelinquentibus legem Dei, necesse est, ut il. us anima, oculique mentis *deficiant in salutare*, ac *eloquium ipsius*: ut salutem consequatur à Deo, promissa obtineat, legem observet. Pone tibi ante oculos carnem defixis oculis in herum mentæ assidentem, à quo frustrum expectat panis, nunc ad hoc, nunc ad illud mentæ latus, accurrentem, nunc brevi latratu repotcentem, nunc aptantem caudam, nunc assultantem: numquā autem oculos ab hero removentem. Tali sollers Chananæa, cate ilorum usa exemplo est, ac delectata, quamvis canem Christus contemptim meliosè visus esset eam compellasse, cibumq; filiis debitum velut cani denegasse *t*. Oculos mentis Ambrosius interiores hic sumit, quibus videatur Christus, ac verbum ipsius mysticum, acutiorem, & moralem, dulciorem istis cernentibus oculos corporis & carnis cæcati: quemadmodum Saulo accidit in via *u*, & ab istis denominatos Prophetas *videntes* x. Non tanti refert oculis valere corporis: immò expedit eruere, ideſt, eorum usum removere à rerum vanarum visione, præsertim ut Paulinum insticuens monachum scribit Hieron., ei qui earum contemtu monachus esse cupit, certe quum oculorum Brigida usum Virgini cuidam impetrasset, hæc vero postea res divinas gestu ac sentu tanto spirituali non contemplaretur, sicut prius, ut id re. uperaret, redire cæcitatem ejusdem precibus Brigittæ maluit *y*. Audomarus postea Episcopus impetrato visu, t Vedasti videre ossa posset, postquam vidit redire ad cæcitatem, quum orasset ut ea rediret, si minus animæ conduceret donum videndi *z*. Lutgardis cæca facta, divinis visionibus, magis quam ante claruit, accepitq; illius tolerantia cæcitatis, evaluram Purgatorium, ac multa vituram in cælis quæ jam non videret *a*. Si oculo mentis oculus serviat corporis, unus vocari poterit oculus, in quo *vulnerari* censeatur *cor Dei* b. Affert Hugo multiplicem defectum animæ tendentis ad Deum: consumtionis, quem facit humilitas mutationis à re naturaliter amata, imbecillitatis, quum quis agnoscit quam difficile bonum præstet, ad quod creatus est, cognitionis, ac stupefactionis circa divina, longe expectationis in hac ærumnosa vita; ab amore mundi, cujus amoris vires subtrahit divinus.

Dicentes.) Sic etiam Hieronymus. Verti posset, *dicendo* לאמור *lemor*, ac referri non ad *oculos*, sed ad eum, cujus oculi sunt, deficitque præ desiderio, & secundùm animam & secundùm oculos. Colligunt Hilarius, Ambrosius, alii, ex eo, quod locutio tribuitur oculis, non de corporeis esse sermonem, sed de spiritualibus, mentisque potius contuitionem istam, & loquelam esse, non corporis & si oculi isti significati essent, oculis cernimus, & videmus dici debuisse, *quando consolaberis nos?* non singulariter, sed pluraliter. Habet nihilominus locum prosopopœja, sicut in aliis membris ita & in oculis, sic in alio psalmo *c*, *omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi*. Eodem hoc trepo Jeremias d vetat, *ne taceat pupilla oculi*, & ait *oculum afflictum non racuisse* e. Vates noster oravit, ut *auribus Deus lacrymas ejus perciperet* f. Auctor Ecclesiasticus g scripsit, quod *lacryma viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio ejus super diducentem eas, à maxilla ascendunt usq; ad cælum*: *& Dominus exaudit non delectabitur in illis*, quia nempe potius iis commovebitur, ut misereatur. Clamor lactymarum, est *earum stillatio* ad Deum per oculos *h*. Flentes Magdalena, Petrusque dum conversi sunt, nihil dixisse narrantur: Saulus, quia fontes ei clausi oculorum erant, quando vocatus est, prorupit in voces reddere lacrymas non valens. Has olim Athenienses obtulisse pro sacrificio feruntur. Effusio orationis *k* id innuit. Augustinus *l* etiam testatur plus locutam animam suam, frontem, genas, oculos, colorem, modum vocis, quam verba, quæ promebat. Hugonis tropologia est, ut Ecclesia queratur *defecisse oculos suos in eloquium Domini*, hoc est, Doctores & Prædicatores deesse, qui valeant officio suo fungi, aut quorum opera respondeant doctrinæ, ac prædicationi, *factos esse speculatores cæcos, & nescientes, atque canes mutos*; *non valentes latrare, videntes vana, dormientes, amantes somnia* m, qui student sæcularibus scientiis, deliciis torpent, divitias terrenas diligunt: dicere hoc unum, *quando consolaberis nos?* ideſt, præbendam, vel beneficium dabis?

Quando consolaberis me?) A malis præsentibus liberando, & ab æternis, æterna bona, & munera gratiæ interim communicando. Oculi singuli dicunt hoc, vel anima per oculos; vel unicus oculus, propter concordiam censetur, licèt sint plures. Hilarius *exhortari* legit, quemadmodti prius, *fiat misericordia tua ut exhortetur me*: quod nos, *ut consoletur*, sed ibidem idem alterum pro altero sumi monuit. Compellit ardor desiderii dilationem non ferentis, urgente malo: sic vociferari & conquerendo quærere, *quando consolaberis me?* ut alibi, *usquequò oblivisceris me in finem? usquequò* b *exaltabitur inimicus meus super me? usquequò* c *peccatores gloriabuntur? usquequò* d *lugebit terra? memorem judicium* antea e tetulit: *se consolatum*: nunc denuo consolationem requirit, & absentiam ejus deplorat. Alternant ſcilicet dum hic egimus, tribulationis, & consolationis vices. In beatitudine præsertim ad verba portabimur, & super genua blandientur nobis, *quomodo sicut mater blanditur ita & Deus consolabitur nos: consolabitur mater blanditur ita & Deus consolabitur nos: consolabitur* f, *& videmus*, Deum, *& gaudebit cor nostrum, & ossa nostra* per resurrectionem gloriosam, *quasi herba germinabunt* f. Ibi rudes novos ait Augustinus, blandissimis adjutoriis insolita nobis illa beatitudo sulcipiet. Cõtigit nonnullis nonnumquam in hac vita consolationis divinæ copia tanta, ut deficerent, nec ferre vim illius valentes exclamare cogerentur, ut eam Deus cohiberet, ac revocaret. Proditum id de Ephrem, deque Xaverio nostro. Non consilit spiritualis vitæ perfectio & ratio in consolatione spirituali, quæ non rarò planè gratis conceditur in morem gratiarū aliarum, quæ gratis datæ cognominantur, ac reperiri possunt etiam in minus perfectis, & multo pluris facienda charitas, ut ita dicam, efficiens, quam afficiens, charitas operans, pugnans, superans, quam teneras, & suaves affectiones eliciens. Affectuola dilectio, inquit Richardus Victorinus *h*, quem sequitur Jacobus Alvarez noster: *i* disputans de hac re, interdum plus afficit minus diligentem, & minus perfectum: non enim tantum diligit quisq; quantum hanc sentit, & quantum in illo statu sibi diligere videtur, sed quantum in virtutibus, & charitate fundatus fuit, & in servandis mandatis fidelis habetur. Subjungit præterea quod dulcis in Deum affectus, quodammodo carnalis est, & fallax, & humanitatis interdum potius, quam gratiæ, cordis, quam spiritus, sensualitatis, quam rationis; ita ut magis accedat aliquando ad minus bonum, & minus ad majus, & ad aliquid, quod tapit amplius, quam quod expedit. Ait etiam hoc affectu errasse discipulos, & carnalicter Deum dilexisse, cujus præsentia carere nolebant; unde & non dilexisse, convictos, quia quod delectaret magis quam quod expediret ampleclebantur: sic affectuose interdum carnalem aliquem, & imperfectum ad Deum afficiri, non quod valde diligat, sed quia dulcedinem gratiæ degustat, quæ quantum durat, tantum juvat, quamdiu durat dulce do, durat dilectio: lentiri quandoq; magis ab eo, qui levius est corde, ac inopsgratiæ hujusmodi consolationem, facilius moveri qui levior est, expertem consolationis delectabilius oblatam recipere, hujus dulcis affectus causſam esse aliquando non gratiæ copiā, sed mentis inopiam; quia exigua lætificat pauperem, non omnem, qui dicit, *Domine, Domine* dulciter, & affectuosè, *intraturum in regnum cœlorum, sed qui voluntatem Patris fecerit, & mandata custodierit* k. Hæc ex Auctore illo contemplationi deditissimo, acin vita spirituali exercitatissimo. Synchronos ei Bernar. *l* amorem, qui cum affectu tantum sit abiq; effectu, dulcem vocat, quia mirabili suavitate inebriat, & à rerum mundanarum desiderio, immò & à cura necessaria propriī corporis mentem abducit: & subductibilem, quia tolet nonnumquam in corde virorum spiritualium non ejus culpa, quia bonus, & pretiosus est, sed ipiorum ignorantia, & negligentia primas sedes occupare, & infimum, aut nullum locum amori essentiali, veræqi charitati (quatenus efficiens est) relinquere. Charitas, inquit, in opere *m* mandatur ad meritum, in affectu datur ad præmiū ex quo sequitur non per se consolationes quę ri spirituales oportere, ied nec tamen debere negligi, vel quidpiā committi, unde illis reddamur indigni. Optari possunt, ac peti ut nos ad meliorꝛ promoveant, utque *dilatato corde viam mandatorum Dei curramus* n. Aliquando ic intromissum scribit Augustinus *o* in affectum multum inusitatum introrsus ad quamdam dulcedinem, quam nesciret, quæ, si perficeretur in se, nesciret quid esset; sciret autem, quod vita ista non esset. Barnardus, qui dulcedinem hanc amoris divini docet *p* conferre, ne illiciamur, & abducamur gloria, seu carnis voluptatibus, ac ut dulcedo vincat dulcedinem, quemadmodum clavum clavus expellit, & hanc præcipuam invisibili Deo fuisse causſam, quod voluit in carne videri, & cum hominibus homo conversari, ut carnalium videlicet, qui nisi carnaliter amare non poterant, cunctas

Aprimo ad suæ carnis salutatem amorem affectiones tetraheret, atque ita gradatim ad amorem perduceret spiritualem: hic inquam mellifluus Doctor, delicisq; affluens cœlestibus, etiam beatificæ, & consolationum, quas erat expertus, & quarum ait abientiam quandoq; utilem esse, certa tradit signa *q* per otium legenda, quamvis modestia tumma in vitum le id facere protestetur, verendo, ne iubinde audiat, *quare tu enarras delicias meas, & assumis tubinde audiat, quare tu enarras delicias meas, & assumis sacramentum meum per os tuum* r. Quam autem debet sincerus Dei propter le dilecti amor præferri cuicumque consolationi, etiam beatificæ, & quam sint præferendæ divinæ consolationes, quibus liber alis, demonstant, quos recitat Hadrianuus noster in opere de divinis inspirationibus, Clemens Alex. *s*, Chrysost. *u*, Dorotheus *x*, Hier. *y*, Augusti. *z*, Leo *a*, rursum Bernard. *b*, Thomas Aquinas *c*, Dionysius, Carthusianus *d*, Nazianz. *e*, Basilius *f*. *Qui delicias suas dixit esse cum filiis hominum* g, & *se loquutum, ut gaudium ipsius esset in discipulis*, *& gaudium eorum impleretur* h, proculdubiò contentus est, ut gaudio, deliciisque ipsius fruamur, atq; quatenus nobis ad ejusdem abientia etiam amicè conquerantur, & modestè, dummodo *renuat consolari anima nostra* in aliis; *Dei* autem vel *memoria* sola *delectetur* i.

Vers. 83.) Quia factus sum sicut uter in pruina, justificationes tuas non sum oblitus.

NEcessitatem consolationis, cujus ferre dilationem vix posse videatur, declarat, quoniam propter vim & copiam tribulationis, tentationis, persecutionis, vel etiam ob multitudinem improborum, inter quos degebat, totus pene velut omni humore delitutus exaruit, iprectus, ac abjectus est: quemadmodum contingit utri tempestate frigidissima sub dio in media pruina constituto, & constricto, atque pro inutili relicto, nec ideo tamen divina præcepta tradidit oblivioni, vel implere prætermisit. Forsitan innuere voluit, simul spontaneas vigilias, carnis castigationes ac mortificationes, propter quas etiam una cum aliis ærumnis, videbatur senior, quam esset, jamque confectus ætate. Anastasius captivos in Babylone loquentes facit, quod Deus reda cturum viventes promiserit, ipsi vero inter viventes numerandi non videantur, quum jam velut extincti frigeant: nec tamen sine spe esse, quum sciant etiam mortuos Deum excitare posse. De captivis nunc Hebræis, Hebr. nonnulli explicant. Affinis illa in ps. 142. K oratio, præcipuè si figuratè, ac tropologicè lumatur, *anima mea sicut terra sine aqua tibi*. Alii, Euthymio teste aiserunt, meliorem utrem, ac laxiorem in pruina reddi: significare vero Davidem se calamitatibus distractum, debilitatum, dissolutum. Tertio, attendit Euthymius in utre pellem animalis mortui, hacque similitudine invenire Prophetam se mortuum, quantum ad animi affectus, nihilominus effectū capacem eloquiorum Dei per divinæ gratiæ quasi pruinam, quæ ab eo descendens, passionum flammam refrigeraverit: ideò non recessisse à lege, quod icirer, se gratiam ob illius custodia consequutum. Eamdem mortificationem, sive carnem mortificatam, castigatamq; cœlesti vero pruina refersam ut spiritui subjiciatur, & quod hoc nomine, eum etiam quia legem Dei non eiset oblitus, æquum asserat David, ut ipsum Deus dignetur sua consolatione. Latini ferè omnes hic tradunt, tametsi Lyranus peculiariter ad contemplativum applicet, qui velut, insensibilis ad exteriora redditus, contemnitur tamquam uter in pruina derelictus, quem aliter Job appellat *lampadem contemtam* l. Hieron. *m* item scribit, quod qui mortificat membra sua, & in imagine perambulat, non timet dicere, *factus sum sicut uter in pruina*: quidquid enim in me fuit humoris libidinis, excoctum est, &c. Imitatur id Bernardus *n*, hortatus ut faciamus, carnem nostram firmam, & *confixam timore Domini* o: qui libidinis humorem excludat & excocta tribulationibus, atque ita denſata, fiat uter novus ad conservandum vinum novum, de quo dicitur, *quia factus sum sicut uter in pruina*. Ambrosius, & Græci præterea consentiunt, volentes de suis tub Saule persecuti onibus Vatem loqui, tuncque affectibus superiorem fuisse in pace ac deliciarum illecebris detrimentum accepisse. Habet corpus utris quamdam similitudinem, quatenus pellis extenſa est super carnem, & ossa. Utrem pro corpore

a Ps.34.17

b Ps. 103

c Esa.66.2

* vers. 3

d in Cant. e cap.2.5

f de parad. cap.4

g Luc.7.38. & segq. h cap.10.39 Notio Ruth Ruth cum Magdalena collatio.

i Thren.3.30

k Ruth 3.7 & segq. l supra.

m Tob 10.7

n 2. Reg. 18. 24

o Esa.38.14

p Ps.122.2

q vers.123

r Ps.68.4

s Ps.118.82

t Matt 15.26 Privatio visus corporei salutī quandoq; prodest potest.

u Act. 9.8 Prophetæ videntes dicti.

x 1. Reg. 9.9

y Surius in vita.

z idem in Vedasto.

a idem in Lutgarde.

b Cant. 4.9

c Ps.34.10

d Thren.1.1

e Ps.31.49

f Ps.38.13

g cap.35.22

h Job.16.20

i Act.9.6 Lachrymæ ab Athenienſibus pro sacrificio oblatæ. K in tit. Ps. 101. & Ps. 1 Sacrificia cap.8 Tropologia

l Ps. 118. 22 & 101. Confess. cap.40

m Esa.56

n serm.50

o Ps. 118. 32 Sinecrus Dei amor cuilibet consolationi præferri debet.

p serm. 50. in Cant.

q serm. 57. & 74

r Ps.49. 16

s ec.15.16.17. 18.19

t Clemens Alexandrinus lib. 4. ad pæd. 2. de compunct. homil. 2. de laud. Pauli hom. de multa regni spe, vel hom. 8. in ep. ad Eph. hom. 12. in ep. ad Colloss. hom. 17. in Matt. hom. 5. de fide Annæ homil. 2. in 2. Thess. hom. 4 & 4. in id. Habentes eumdem spiritum.

x serm. 4. & 16

y quod Damasium, de filio prodigo, z lib. 20. de civ. c. 9. 14. 21 c. 15. tract. 10 in Jean. in ps. 54 & 115 ser. 2. de ser. 4. Pentec. de catechiz. rud. c. 17. 24. 25. 10. conf. cap. 22. & de Gen. ad litt. c. 13. de lib. arb. c. ult. Sensus loci.

a serm. 7. de jejun. sept. mensis.

b ser. de vastis animæ affect. ser. 84. & 85. in Cant. tract. de dilig. Deo circa med. c 1. q. 182 art. 4. opusc. de perfect. 5. 18. opuscule de div. moris; d in ps. 72 e ser. 49 f opuscul. sup. in 5 g Prov. 8. 12 h Jean. 15. 11 i Ps. 76. 4 K vers. 6

l Job. 14. 5 m epist. 54

n serm. 1. de Nativ. Dom. o Ps. 118. 120

Corpus quo modo utris quamdāmodo simile.